by Google

Zool. 218 4° Latham
- 1

Digitized by Google

INDEX ORNITHOLOGICUS,

SIVE

SYSTEMA ORNITHOLOGIÆ;

COMPLECTENS

AVIUM DIVISIONEM

IN CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES,

IPSARUMQUE VARIETATES:

ADJECTIS

SYNONYMIS, LOCIS, DESCRIPTIONIBUS, &c.

STUDIO ET OPERA

JOANNIS LATHAM, S. R. S.

VOLUMEN I.

LONDINI,

SUMPTIBUS AUTHORIS:

PROSTANT VENALES APUD LEIGH ET SOTHEBY,
YORK-STREET, COVENT-GARDEN.

M.DCC.XC.

292.9/1

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Digitized by Google

LECTORI SALUTEM.

ANNUS jam nonus procedit, ex quo generalem Avium Synopſin in lucem edidi: quæ quidem ab omnibus hujus diſciplinæ ſtudioſis tanta humanitate, tanta benevolentia accepta eſt, ut oblectationem quandam certe, ſi non et ſcientiam attuliſſe videatur. Interea autem amici quidam, clariſſimi, ſpectatiſſimique viri, quorum auctoritas apud me plurimum valere debet, multum diuque efflagitarunt, ut iſtius operis breve quoddam compendium Latinis literis mandarem, ac in medium proferrem.

Horum itaque cohortatione excitatus ad hoc munus exequendum grato lubentique animo me accinxeram; jamjamque ſub prelo miſſurus eram, cum ad manus meas forte acceſſit nova Linnæi Syſtematis Naturæ Editio, a Domino Gmelin prolata. Quoniam autem vir hic celeberrimus inter alias Naturalis Hiſtoriæ provincias, ornithologicam quoque fuſius tractavit, multumque auxit, nec aliis injucundum, nec a meo inſtituto alienum eſſe putavi, ejus obſervationes huic operi quodammodo interſerere. Hinc igitur cum et clarius quoddam lumen acceſſit rebus antea vulgatis, et ipſe quoque plurima adhuc nova, et prorſus incognita adjeci, proprio quodam jure mihi videor perſuaſiſſimum habere, hoc opus, ſi non ex omni parte abſolutum atque perfectum ſit, eam tamen abſolutionem, perfectionemque attigiſſe, quam præſens hujus ſtudii ratio atque diſciplina admittat. In his enim, aliiſque cunctis hujuſmodi operibus, nullo modo fieri poteſt, quin ut reſtent plurima, quæ

Digitized by Google

feliciori ævo nati, auxiliiſque uſi melioribus, corrigant et emendant.

Quod ad diviſiones, ordines, genera ſpectat, eadem quæ in Synopſi Avium, hic quoque obtinet ratio. Et ſi quando loci iſtius operis citantur, per vol. 1. intelligi volo primam partem primi voluminis; per vol. 2. ſecundam partem primi voluminis; per vol. 3. primam partem ſecundi voluminis; perque vol. 4. ſecundam partem ſecundi voluminis, atque ita deinceps. Cauſa autem, quæ, ut ita notarem, me potiſſimum induxit, hæc eſt. Unaquæque pars per ſe ſeparatim, unum quaſi volumen, a pleriſque compacta eſt: ideoque ſupra dicta notatione, quicquid deſideratur, citius faciliuſque reperiri poteſt.

Denique, quantum in me ſitum eſt elaboravi, ut hæc qualiſcunque opella mea, comprobatione ſaltem aliqua haud prorſus indigna eſſe, videatur. Omnes enim fere clariſſimos auctores, qui de hac re ſcripſerunt, evolvi: variaque ſpecimina, quæ in meas manus forte inciderint, penitus inſpexi. Spero igitur fore, Lector benevole, ut errores iſtos,

——Quos aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura—— Hor.

æquitas tua benigne condonabit.

Dabam Dareni Vadi,
1790.

JOANNES LATHAM.

AVES

A V E S.

DIVIDITUR AVIS in 1. Caput. 2. Collum. 3. Truncum. 4. Alas. 5. Caudam. 6. Pedes.

1. CAPUT ovatum. Hujus partes ſunt,

Rostrum corneum, *naribus* pertuſum, *linguam* includens, antice capiti adjunctum: forma in variis varia, *rectum, incurvum, recurvatum, teres, compreſſum, depreſſum, conicum, ſubulatum, cylindricum, angulatum, cultratum, fornicatum, uncinatum*; dividitur in *mandibulis* duabus nudis, edentulis, quibuſdam pone apicem *emarginatis*, paucis *ſerratis*: ſuperioris baſi quibuſdam *cera* nuda veſtita, *vibriſſis* pectinatim ciliatis ad faucis exterioris margines.

Nares foramina ſunt in *mandibula* ſuperiori, verſus baſin plerumque poſita; paucis in medio, aut apicem verſus, exceptis *Ramphaſto, Bucero*, &c. in quibus *nares* pone *roſtrum* ſitæ. Figura ovatæ, oblongæ, lineares, fornicatæ, tubuloſæ, &c.

Cera eſt membrana colorata baſin mandibulæ ſuperioris veſtiens.

Lingua, *carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, pennacea, ciliata, integra* ſ. *acuta.*

Capistrum. Margo ipſius *capitis* pone *roſtrum.*

Pileus *capitis* ſumma; hujus pars anterior *frons*, poſterior *occiput*, media *vertex* dicitur.

Crista conſtat pennis elongatis, quibus capitis ornatur *pileus*: hæc ex loco *frontalis, verticalis*; ex directione *reflexa, erecta, deflexa*; ex figura *compreſſa, faſciculata*; ex ſtructura *ſparſa, plicatilis*, pennis bifariam alternatim poſitis.

Oculi laterales, *palpebris* mobilibus ciliatis, ſub quibus *membrana nictitans.*

Supercilium, linea ſupra *palpebram* ſuperiorem a cæteris diſtincta: *ſuperciliorum* loco interdum linea picta, rarius carunculata.

Carun-

Carunculæ ſunt ornamenta carnoſa, nuda, mollia, *capitis colli*que; *frontis* ut in *Perris*, *Meleagride*; *verticis* in *Gallo*; *nuchæ* in *Gracula religioſa*; *ſuperciliorum* in *Tetraonibus*; *juguli* in *Meleagride, Caſuario.*

Lorum, linea nuda a *roſtro* ad *oculos* ducta.

Orbita eſt regio circum *oculos.*

Genæ, regio inter *oculos* et *gulam.*

Tempora, regio inter *oculos* et *aures.*

Aures, foramina ad *caput* poſterius, abſque *auriculis*; in *Strigibus* valva cutanea obtectæ.

Barba varia eſt; *myſtacea* ad mandibulas inferiores mobilis ut in *Momoto, Paro pendulino: vibriſſiformis* ad margines baſeos mandibularum cilii inſtar pectinata, ut in *Caprimulgo*; *pectoralis*, ut in *Meleagride Gallopavone* adultiore.

2. COLLUM elongatum, erectiuſculum, teres, dividitur in partes ſequentes:

Nucha, pars ſupra, ubi *capiti* annectitur.

Cervix, ſpatium inter *nucham* et *dorſi* initium.

Gula, pars ſubtus, ubi *capiti* connectitur.

Jugulum, ſpatium inter *gulam* et *pectus.*

3. TRUNCUS ovatus, quo ſpectant,

Dorsum, pars *trunci* ſuperior *collum* inter et *uropygium.*

Interscapulium, regio *dorſi* anterior inter *alas.*

Humeri, pars anterior *alis* incumbens, inter *brachii* oſſa et *cubiti* apicem.

Pectus ſubtus *ſternum* tegit.

Axillæ, latera *pectoris* ſub baſi alarum.

Hypochondria, latera *pectoris* et *abdominis* poſteriora.

§ Abdomen

Digitized by Google

Abdomen molliuſculum, inter apicem *ſterni* et *anum*.

Crissum, regio inferior *uropygii*, a femoribus ad *caudam*.

4. ALÆ, volatui inſervientes, conſtant ſequentibus partibus.

Tectrices numeroſi ſunt, *minores* vel *majores*; *minores* ſummæ oſſa tegunt, infra quas *majores remigibus* incumbunt. *Tectrices* inferiores *alam* ſubtus tegunt.

Remiges *primores*, *ſecundariæ*, *tertiales*: *primores*, ſ. externæ, numero ſæpius 10; *ſecundariæ*, ſ. mediæ, 10–18; *tertiales*, ſ. internæ, 3–5.

Alula (*Ala ſpuria*) pennis 4 ſ. 5 parvis conſtat, baſi primorum externe ſita, forma *alam veram* referens, unde a veteribus *ala notha* nominata.

Scapulares pennæ e *brachiis* oriuntur, ſupra baſin alarum et inter *corpus* et *alam* complicatam procumbunt.

Speculum alarum macula eſt colorata, nitida, in ſuperficie *tectricum*, rarius *remigum*, picta; dum complicantur *alæ* conſpicua, quemadmodum in *Anatibus* videre eſt.

5. CAUDA conſtructa eſt e *rectricibus*, numero variantes, et naſcitur ex *uropygio*.

Uropygium ſeſſile, cordatum, glandula gemina *caudæ* brevi adpoſita, tumidum, ſupra pertuſum *poro* oleifero, cincto penicillo: ambitu ciliatum *rectricibus caudæ*.

Rectrices ſæpe xii (1. 2. 3. 4. 5. 6. 6. 5. 4. 3. 2. 1.); plures (18) *Gallinis*, *Anatibus* quibuſdam; pauciores (10) *Picarum* generibus variis.

Cauda longitudine et forma variat; *brachyuram* vocamus quando pedibus brevior, et *macrouram* intelligimus quando longior: *cauda integra*, *rectricibus* apice æqualibus; *cuneata*, ad latera per gradus brevioribus; *forficata*, lateralibus gradatim longioribus.

Tectrices *caudæ* ſuperiores et inferiores baſin *rectricum* ſupra et ſubtus tegunt, et celant.

Digitized by Google

6. PEDES, ex *femore*, *tibia*, *digitis*, *unguibus*, componuntur.

Femora carnoſa, pennis tecta, præterquam *cruribus* denudatis in *Grallis*, cæterum pleriſque *æquilibrio* ſuppoſita, niſi in *compedibus* ambulare neſciis, quibus intra commune abdominis tegmen recondita, ut in generibus *Podicipe*, *Alca*, *Uria*, *Colymbo*, *Aptenodyta*.

Armilla eſt annulus coloratus (quibuſdam duplex triplexve) proxime ſupra *genua*, ut in *Fulica*.

Tibiæ macres, anguſtæ, tendinoſæ, rariuſve villoſæ, plumoſæve: paucis poſtice *ſpina* calcarata, imprimis *Maſculis*.

Digiti diſpoſitione et numero variant, unde *tetradactyli*, *curſorii*.

* Tetradactyli. In his *digiti* quatuor varie digeſti.

Ambulatorii, *digitis* tribus anticis diſtinctis, uno poſtico, qui frequentiſſimi.

Gressorii, quibus *digiti* antici imprimis duo, abſque membrana, inter ſe coaliti.

Scansorii, quibus *digiti* duo antici, duo poſtici, ut in *Picis* variis.

Prehensiles, *digitis* omnibus quatuor antice diſpoſitis, ut in *Colio leuconoto*, *Hirundine Apo*, &c.

** Cursorii dicti, dum pedibus *digitus* poſticus deficit, ut in *Otide*, *Caſuario*, *Rhea*, *Charadrio*, *Curſorio*, *Hæmatopo*, *Diomedea*, *Alca*, *Uria*.

Ex his ſolus quoad novimus, *Struthio Camelus*, *didactylus*.

Præter has diviſiones, paucæ aves *anomalæ* videntur, e. g. *Picus tridactylus*, *Alcedo tridactyla*, *Loxia tridactyla*, &c.

Palmati, plerumque *natatorii*, digitis membrana connexis, ut in *Anatibus*, &c.

Semipalmati, *digitis baſi* tantum membrana intertexta.

Lobati, *digitis* membrana connexis, ſed fiſſa more digitorum.

Pinnati,

Digitized by Google

Pinnati, ubi digitorum utrinque ſinguli articuli membrana, tanquam lobo laterali, inſtruuntur.

Ungues plerumque *acuti*, quibuſdam *obtuſi*, paucis *marginati*, raro *ſerrati*, pauciſſimis *mutici*, i. e. *nulli*.

Spinæ ſunt arma, quibus præter *roſtrum* et *ungues* dimicant.

Spina axillaris, ubi *pollex*, ad *alulam* enatus, in mucronem terminatur, ut in *Struthione Camelo*, *Palamedea*, *Charadriis* variis, *Parris*, *Anatibus* quibuſdam.

Calcaria, dicuntur *ſpinæ* in poſtica *tibiarum*, ut in *Pavone*, *Phaſiano*, *Tetraone*.

Cornua vocantur *ſpinæ capitis*, ut in *Palamedea*, *Meleagride ſatyro*.

Palearia, membranæ carneæ a mandibula inferiore dependentes, ut in *Gallo*, *Callæa*.

Sacculus, burſa diſtenſilis ſub gula pendens, ut in *Tantalis*, *Pelecanis*.

Digitized by Google

AVIUM ORDINES.

ORDINUM CHARACTERES.

Ordo I. ACCIPITRES.

ROSTRUM ſubincurvatum; *mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dilatata, ſ. dente armata: *naribus* patulis.
Pedes inſidentes, breves, robuſti: *digitis* ſub geniculis verrucoſis: *unguibus* arcuatis, acutiſſimis.
Corpus *capite collo*que muſculoſis: *cute* tenaci: impurum.
Victus laniena rapinaque e cadaveribus.
Nidus in altis, *ova* circiter 4; *Femina* præſtantior. Monogamia.

Ordo II. PICÆ.

Rostrum cultratum, dorſo convexo.
Pedes ambulantes, breves, validiuſculi.
Corpus tenaciuſculum, impurum.
Victus e quiſquiliis.
Nidus in arboribus; *Mas* alens *feminam* incubantem. Monogamia.

Ordo III. PASSERES.

Rostrum conico-acuminatum.
Pedes ſalientes, teneri, fiſſi.
Corpus tenellum: *granivoris* purum, *inſectivoris* impurum.
Victus in arboribus, e ſeminibus aut inſectis.
Nidus artificioſus; *pullis* cibus inculcandus. Monogamia. Cantus.

Ordo

ORDO IV. COLUMBÆ.

ROSTRUM rectiuſculum, baſi tumidum.
PEDES ambulantes, breves, *unguibus* ſimplicibus.
CORPUS carnoſum, ſapidum.
VICTUS e granis, fructibus, ſeminibus inglutiendis.
NIDUS inartificioſus in arboribus, caveis; ovis duobus; *pullus* intra ingluviem matris grana in os recipit. Monogamia.

ORDO V. GALLINÆ.

ROSTRUM convexum, *mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *naribus* membrana cartilaginea fornicatis.
PEDES ambulantes, digitis ſubtus ſcabris.
CORPUS ſetaceum, muſculoſum: purum.
VICTUS in terra e granis in ingluvie macerandis. Pulveratrices.
NIDUS in terra abſque arte; *ovis* numeroſis. *Pullis* cibus monſtrandus. Polygamia.

ORDO VI. STRUTHIONES.

CORPUS enorme, ponderoſum, vix edule.
ALÆ parvæ, volatui inutiles, vel nullæ.
PEDES curſorii, validi, digitis variis.
VICTUS e granis, vegetabilibus.
NIDUS in terra. Monogamia.

ORDO VII. GRALLÆ.

ROSTRUM ſubcylindricum.
PEDES vadantes, femoribus ſeminudis.
CORPUS compreſſum, pelle tenuiſſima, cauda brevi: ſapidum.
VICTUS in paludibus ex animalculis.
NIDUS in terra ſæpius. Nuptiis variis.

Digitized by Google

Ordo VIII. PINNATIPEDES.

Rostrum, Corpus, Victus, ut in GRALLIS.
Pedes vadantes, femoribus ſeminudis, digitis fiſſis, per totam longitudinem pinnatis.
Nidus ingens e foliis, gramine, in vadoſis. Monogamia.

Ordo IX PALMIPEDES.

* Pedibus longioribus.

Corpus depreſſiuſculum, conicum, junioribus ſapidum.
Pedes longiſſimi, vadantes, femoribus maxima parte nudis, digitis membrana ſemipalmatis.
Victus in aquis, ex piſciculis, inſectis variis.
Nidus terreſtris. Monogamia.

** Pedibus brevioribus.

Rostrum læve, epidermide tectum, apice auctum.
Pedes natatorii, digitis membrana palmatis, tibiis compreſſis brevibus.
Corpus pingue; cute tenaci; plumis præſtantioribus: ranceſcens.
Victus in aquis, ex plantis, piſcibus.
Nidus ſæpius terreſtris. *Mater* rarius porrigit *pullis*. Polygamia frequentius.

AVIUM

Digitized by Google

AVIUM GENERA.

CHARACTERES GENERUM.

Div. I. AVES TERRESTRES.

Ordo I. ACCIPITRES.

1. Vultur. . . . Roſtrum *aduncum*. Caput *denudatum*.
2. Falco. . . . Roſtrum *aduncum*, baſi *cera* tectum.
3. Strix. . . . Roſtrum *aduncum*, *capiſtro* reverſo.

Ordo II. PICÆ.

* *Pedibus ambulatoriis.*

4. Lanius. . . . Roſtrum *rectiuſculum*, *emarginatum*.
10. Buphaga. . . Roſtrum *rectum*, *quadrangulare*.
12. Callæas. . . Roſtrum *incurvatum*, *fornicatum*.
13. Corvus. . . . Roſtrum *cultratum*, *capiſtro reverſo*.
14. Coracias. . . Roſtrum *cultratum*, *apice incurvo*.
15. Oriolus. . . Roſtrum *rectum*, *conicum*, *acutiſſimum*.
16. Gracula. . . Roſtrum *cultratum*, *æquale*, *baſi calva*.
17. Paradisea. . . Roſtrum *ſubcultratum*, *capiſtro boloſericeo*.
25. Sitta. . . . Roſtrum *rectum*, *apice cuneato*.
28. Upupa. . . . Roſtrum *incurvatum*, *obtuſiuſculum*.
29. Certhia. . . Roſtrum *incurvatum*, *acuminatum*.
30. Trochilus. . . Roſtrum *incurvatum*, *filiforme*, *apice tubuloſo*.

** *Pedibus ſcanſoriis.*

5. Psittacus. . . Roſtrum *cera obductum*. Lingua *carnoſa*.

6. Rham-

Digitized by Google

6. Rhamphastos. .	Roſtrum *ſerratum.* Lingua *pennacea.*
8. Scythrops. . .	Roſtrum *cultratum.* Nares *ovatæ, rugoſæ.*
11. Crotophaga. .	Roſtrum *rugoſum, margine angulatum.*
18. Trogon. . .	Roſtrum *ſerratum, apice aduncum.*
19. Bucco. . . .	Roſtrum *læve, emarginatum, aduncum.*
20. Cuculus. . .	Roſtrum *læve.* Nares *emarginatæ.*
21. Yunx. . . .	Roſtrum *læve.* Lingua *lumbriciformis.*
22. Picus. . . .	Roſtrum *angulatum.* Lingua *lumbriciformis.*
23. Galbula. . .	Roſtrum *quadrangulare, acutiſſimum.*

*** *Pedibus greſſoriis.*

7. Momotus. . .	Roſtrum *incurvatum, denticulatum.* Lingua *pennacea.*
9. Buceros. . .	Roſtrum *ſerratum, fronte oſſea.*
24. Alcedo. . . .	Roſtrum *trigonum, rectum.*
26. Todus. . . .	Roſtrum *lineare, depreſſum, rectum.*
27. Merops. . . .	Roſtrum *incurvatum, compreſſiuſculum.*

Ordo III Passeres.

* Craſſiroſtres.

35. Loxia. . . .	Roſtrum *conico-ovatum.*
36. Emberiza. . .	Roſtrum *ſubconicum, mandibula inferiore latiore, coarctata.*
38. Fringilla. . .	Roſtrum *conicum, acutum.*
39. Phytotoma. . .	Roſtrum *conicum, rectum, ſerratum.*

** Curviroſtres, *mandibula ſuperiore apice incurvata.*

34. Colius. . . .	Roſtrum *conico-attenuatum,* ſupra *convexum.*
44. Pipra. . . .	Roſtrum *incurvum, ſubulatum.*
46. Hirundo. . .	Roſtrum *incurvum, depreſſum.*
47. Caprimulgus. .	Roſtrum *incurvum, depreſſum, ciliatum.*

*** Emarginatiroſtres, *mandibula ſuperiore pone apicem emarginata.*

32. Turdus. . . .	Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi compreſſum.*
33. Ampelis. . .	Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi depreſſum.*

Digitized by Google

37.	Tanagra. . .	Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi conoideum.*
40.	Muscicapa. . .	Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi ciliatum.*

**** Simpliciroſtres, *roſtro recto, integro, antennuato.*

31.	Sturnus. . .	Roſtrum *ſubulatum, apice depreſſo marginato.*
41.	Alauda. . . .	Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *bifida.* Unguis *poſticus elongatus.*
42.	Motacilla. . .	Roſtrum *ſubulatum.* Unguis *poſticus modicus.* Cauda *longior.*
43.	Sylvia. . . .	Roſtrum *ſubulatum.* Unguis *poſticus modicus.* Cauda *brevior.*
45.	Parus. . . .	Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata.* Capiſtrum *reverſum.*

Ordo IV. COLUMBÆ.

48.	Columba. . .	Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *gibboſæ*, membrana obliterata.

Ordo V. GALLINÆ.

49.	Pavo. . . .	Vertex *pennis revolutis.* Roſtrum *nudum.*
50.	Meleagris. . .	Facies *carunculis numeroſis.*
51.	Penelope. . .	Caput *pennatum.* Roſtrum *baſi nudum.*
52.	Numida. . . .	Carunculæ *binæ ad baſin mandibularum.*
53.	Crax. . . .	Cera *baſin roſtri obducens.*
54.	Phasianus. . .	Genæ *nudæ, læves.*
55.	Tinamus. . .	Roſtrum *longius apice obtuſum.* Nares *in medio.*
56.	Tetrao. . . .	Roſtrum *conicum, incurvum,* macula *ſupra oculos nuda.*
57.	Perdix. . . .	Roſtrum *conico-incurvum,* area oculorum *tecta.*
58.	Psophia. . . .	Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatæ, perviæ.*
59.	Otis.	Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.* Pedes *curſorii.*

Ordo VI. STRUTHIONES.

60.	Didus. . . .	Roſtrum *coarctatum, apice inflexum.* Facies *nudiuſcula,* digitis *quatuor.*

Digitized by Google

63. Rhea. . . . Roſtrum *rectum, ſubconicum.* Digitis *tribus anticis, poſtico callo.*

62. Casuarius. . . Roſtrum *rectum, ſubconicum.* Digitis *tribus antice poſitis.*

61. Struthio. . . Roſtrum *rectum, depreſſum, obtuſum.* Digitis *duobus.*

Div. II. AVES AQUATICÆ.

Ordo VII. GRALLÆ.

64. Platalea. . . Roſtrum *depreſſum, ſpatulatum.*

65. Palamedea. . . Roſtrum *apice uncinatum, acutum.*

66. Mycteria. . . Roſtrum, *mandibula inferiore craſſiore, adſcendens.*

67. Cancroma. . . Roſtrum *gibboſum, mandibula ſuperiore cymbæ reſupinatæ forma.*

68. Scopus. . . . Roſtrum *compreſſum, carinatum, obtuſum.*

69. Ardea. . . . Roſtrum *rectum, acutiuſculum.*

70. Tantalus. . . Roſtrum *arcuatum,* ſacco *gulari.*

71. Numenius. . . Roſtrum *arcuatum,* facie *pennis tecta.*

72. Scolopax. . . Roſtrum *longius, rectum, teretiuſculum, obtuſiuſculum.*

73. Tringa. . . . Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.* Pollex *vix inſiſtens.*

74. Charadrius. . Roſtrum *teretiuſculum, rectum.* Pedes *curſorii.*

75. Cursorius. . . Roſtrum *teretiuſculum, apice adunco.* Pedes *curſorii.*

76. Hæmatopus. . Roſtrum *compreſſiuſculum, apice cuneo.* Pedes *curſorii.*

77. Glareola. . . Roſtrum *convexum, apice compreſſum.*

78. Rallus. . . . Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum.*

79. Parra. . . . Roſtri *baſis fronte carunculis mobilibus.*

80. Gallinula. . . Roſtrum *rectum, acutum, fronte calva.*

81. Vaginalis. . . Roſtrum *validum, conicum.* Nares cera *cornea mobili tectæ.*

Ordo

Digitized by Google

ORDO VIII. PINNATIPEDES.

82. PHALAROPUS. . Roſtrum *gracile, rectum, apice vix inflexo.*
83. FULICA. . . . Roſtrum *conicum, compreſſiuſculum, baſi fronte calva.*
84. PODICEPS. . . Roſtrum *rectum, acutum,* pedibus *compedibus.* Cauda *nulla.*

ORDO IX. PALMIPEDES.

* *Pedibus longioribus.*

85. RECURVIROSTRA. Roſtrum *ſubulato-attenuatum, depreſſum, recurvum.*
86. CORRIRA. . . Roſtrum *breve, rectum, edentulum.*
87. PHOENICOPTERUS. Roſtrum *infractum, denticulatum, deorſum incurvum.*

** *Pedibus brevioribus.*

88. DIOMEDEA. . . Roſtrum *mandibula inferiore truncata.* Pedes *tridactyli.*
89. ALCA. . . . Roſtrum *compreſſum rugis lateralibus tranſverſis.* Pedes *tridactyli.*
90. URIA. . . . Roſtrum *rectum, ſubulatum.* Pedes *tridactyli.*
91. COLYMBUS. . . Roſtrum *rectum acutum, mandibulis lateribus coarctatis.* Pedes *compedes.*
92. RHYNCHOPS. . . Roſtrum *mandibula ſuperiore breviore.*
93. STERNA. . . . Roſtrum *ſubulatum, apice compreſſo.*
94. LARUS. . . . Roſtrum *ſub apice ſubtus gibbum.*
95. PROCELLARIA. . Roſtrum *naribus ſubincumbentibus, ſubcylindricis.* Pollice *calcarato.*
96. MERGUS. . . . Roſtrum *unguiculatum denticulis ſubulatis.*
97. ANAS. . . . . Roſtrum *unguiculatum denticulis membranaceis.*
98. APTENODYTES. . Roſtrum *rectum, apice deorſum inclinans.* Alæ *pinniformes, inutiles.*

Digitized by Google

99.	Pelecanus. . .	Roſtrum *cinctum facie nuda.* Gula *ſaccoſa.*
100.	Phaeton. . .	Roſtrum *cultratum, compreſſum, ſerratum.*
101.	Plotus. . .	Roſtrum *ſubulatum, ſerratum.* Collum *longiſſimum.*

ERRORES TYPOGRAPHICI.

Pag. 8. *lin.* 8. *pro* nuda, *lege* nudum.—*lin.* 9. *pro* longorum, *lege* longarum.—*Pag.* 11. *lin.* 20. *pro* altera, *lege* alter.—*Pag.* 28. *margine, pro* 69. *lege* 63.—*Pag.* 33. *lin.* 3. *pro* rachidibus, *lege* rachibus.—*lin.* 20. *pro* t. 8, *lege* 20.—*Pag.* 37. *lin.* 4. *pro* ltera griſea, *lege* alter griſeus.—*Pag.* 41. *lin.* 24. *adde Briſ.* i. p. 393. 27.—*Id.* 8vo. i. p. 113 —*Pag.* 45. *marg. pro* uperciliofus, *lege* ſuperciliofus.—*Pag.* 59. *lin.* 21. *pro* 130, *lege* 132. —*Pag.* 62. *marg. pro* 4, *lege* 34 —*Pag.* 65. *lin.* 18. *pro* altera, *lege* alter.—*Pag.* 70. *lin.* 33. *pro Carlſc. lege Carlſ.*—*Pag.* 87. *lin.* 28. et alibi, *pro Phyll. lege Phill.*—*Pag.* 107. *lin.* 13. *pro Syn. Av. lege Lath. Syn.*—*Pag.* 115. *lin. ult. pro* lutei, *lege* luteæ.—*lin.* 28. et alibi, *pro* coeuns, *lege* coiens —*Pag.* 162. *lin. ult. pro* candidus, *lege* candida.—*Pag.* 176. *lin.* 3. *pro* orizyvorus, *lege* oryzivorus.—*Pag.* 182. *lin.* 18. *pro* penſile, *lege* penſilem.—*Pag.* 183. *lin.* 20. *adde* Tanagra nigerrima, *Gmel. Syſt.* 899.—*Pag.* 201. *lin.* 25. *pro* protenſa, *lege* protenſo.—*Pag.* 315. *marg. pro* 46, *lege* 47.—*Pag.* 388. *marg. pro* eptentrionalis, *lege* ſeptentrionalis.—*Pag.* 403. *lin.* 8. *pro* 477. *lege* 497.—*Pag.* 416. *lin.* 25. *pro* f. 1, *lege* f. 1. 2.—*Pag.* 420. *lin.* 11. *dele* 126. 1.—*Pag.* 446. *lin.* 2. *pro* at qu, *lege* atque —*Pag.* 480. *lin.* 23. *adde Pl. Enl.* 234. f. 2.—*Pag.* 497. *lin.* 5. *adde Pl. Enl.* 363.—*Pag.* 574. *lin.* 1. *pro* camini, *lege* caminis.—*Pag.* 603. *lin.* 2. *pro* 232, *lege* 282.—*Pag.* 623. *lin.* 32. *pro* 123, *lege* 125.—*Pag.* 633. *lin.* 11. *pro* ampla, *lege* amplus.—*Pag.* 642. *lin.* 30. et alibi, *pro* calcare, *lege* calcari.—*Pag.* 671. *lin.* 16. *pro* nigricans, *lege* nigricantia.—*Pag.* 831. *lin.* 21. *adde* La Piette, *Buf.* viii. p. 275. t. 24.—*Pl. Enl.* 449.—*Pag.* 843. *lin.* 20. *pro* Gibber, *lege* Tuber.—*Pag.* 852. *lin. ult. adde* Siffleur à bec noir, *Buf.* ix. p. 185.—*Pl. Enl.* 804.—*Pag.* 880. *lin.* 6. *pro* 380. *lege* 382.

AVES

Digitized by Google

A V E S.

Div. I. TERRESTRES.

Ordo I. ACCIPITRES.

Genus I. VULTUR.

Roſtrum rectum, apice aduncum, baſi cute tectum.
Caput pleriſque impenne, antice nuda cute.
Lingua carnoſa, ſæpius bifida.
Collum retractile.
Pedes validi, unguibus modice incurvatis.

1.
Gryphus. V. Maximus, caruncula verticali longitudine capitis, gula nuda.
Vultur Gryphus, *Lin. Syſt. Nat.* vol. i. p. 121.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 245.—*Klein. Av.* p. 45. 8.—*Briſ. Orn.* i. p. 473. 12.—*Id.* 8vo. p. 137.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 62. 2.
Avis ingens Chilenſis, Cuntur, *Raii Syn.* p. 11. 9.—*Laet. Am.* 401.
Le Condor, *Buf. Hiſt. des Oiſ.* i. p. 184.—*Frez. Voy.* p. 111.—*Condam. Voy.* p. 175.—*Molin. Chil.* p. 236.—*Id. (ed. Gall.)* p. 247.
Condur, *Lath. Syn.* i. p. 4.—*Id. Sup.* p. 1.—*Hawkeſw. Voy.* i. p. 15.

Habitat in *America auſtrali*, nidificans ad montes præruptiſſimos ſub rupibus prominulis, ova bina ponens. Prædatur vitulis, ovibus, imo pueris decennibus; binas aves *vaccam* dilaceraſſe & voraſſe tradunt. Avis maxima, *femina* tamen major, quæ criſta quoque cervicali, colore fuſco, torque nullo a *mare* differt; *alæ* maximæ, intra quarum extremitates pedes 12—16. *Remex longitudine* pedum 2 ½, craſſitie digit. 1 ½. *Corpus* nigrum, dorſo albo: *collum* torquatum pennis longioribus albis; *gula* rubens; *caput* fuſca lanugine tectum; *oculi* nigri, *iride* ſpadicea; *roſtrum* nigrum apice albido; *pedes* nigri unguibus rectiuſculis: *Cauda* parva.

2.
cinereus. V. fuſco-nigricans, remigibus rectricibuſque cineraſcentibus, pedibus pennatis.
Vultur cinereus, *Gmel. Syſt.* i. p. 247.—*Raii Syn.* p. 9. 1.—*Will. Orn.* p. 35. 1.—*Klein. Av.* p. 44. 4.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 5.—*It. per Poſegan.* p. 27.

Digitized by Google

Vultur, *Briſ. Orn.* i. p. 453.—*Id.* in 8vo. p. 130.—*Will. Orn.* p. 34.
——— totus fuſcus, *Faun. Arag.* p. 67. N° 2.
Vautour, *Buf. Oiſ.* i. p. 158. t. 5.—*Pl. Enlum.* 425.
Cinereous, or aſh-coloured Vulture, *Will. (ed. Angl.)* p. 66. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 14.

Habitat in *Europæ* montibus altis. *Longitudo* tres pedes & ſex pollices; *Latitudo* 7 ped. ½. *Caput, guttur,* & *colli* pars ſuprema fuſca teguntur lanugine; pennulæ longæ, pilorum æmulæ, ſub gutture prominent, ut barbam efficiant. *Digiti* flavi, unguibus nigris.

Variat colore nigricante.

3. Percnopterus.

V. remigibus nigris, margine exteriore (præter extimas) canis.
Vultur Percnopterus, *Lin. Syſt.* i. p. 123. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 249. —*Gmel. It.* iii. p. 364. t. 37.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 65.
Le Percnoptere, *Buf.* i. p. 149.—*Pl. Enl.* 426.
Alpine Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 12.—*Id. Sup.* p. 3.

Habitat in *Ægypto, Europa auſtrali.*

β. V. rufo-cinereus, fuſco maculatus: pedibus nudis.
Vultur Ægyptius, *Briſ.* i. p. 457. 3.—*Id.* 8vo. p. 131.—*Gmel. Syſt.* i. p. 249. N° 7. β.—*Belon. Oiſ.* p. 110. t. p. 111.—*Aldr. Av.* i. p. 378. t. p. 379.
Sacre d'Egypte, *Buf. Oiſ.* i. p. 167.
Egyptian Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 13.

4. leucocephalus.

V. corpore fuliginoſo maculis rufis; capite, collo, baſique caudæ albis.
Vultur leucocephalus, *Briſ.* i. p. 466. 9.—*Id.* 8vo. p. 134.
——— percnopterus, *Haſſelq. It.* p. 209.—*It. Poſegan.* p. 27.—*Faun. Arag.* p. 67. 1.
V. aquilinus cinereus, *Gerin. Ornith.* i. p. 47. t. 14.
Falco montanus Ægyptius, *Act. Stock.* 1751. p. 196. *(Haſſelq.)*
Vultur albus, *Raii Syn.* p. 10. N. 6.—*Will.* p. 35. N. 6.—*Id. (ed. Angl.)* p. 67.
——— albicans, *Klein. Av.* p. 44. 5.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 3.
Le petit Vautour, *Buf. Oiſ.* i. p. 164.
Vautour de Norvege, *Pl. Enl.* 429.
L'Avoltoio bianco, *Cett. uc. Sard.* p. 12.
Aſh-coloured Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 13.

Habitat in *Aſia, Africa,* et *Europa auſtraliore*; in tota *Aragonia* frequens; in altis rupibus nidificat. 2 pedes, 6 pollices longus.

Roſtrum

Digitized by Google

Roſtrum atrum. *Frons* et *gula* nuda, cute lutea rugoſa. *Corpus* totum album; remigibus atris, margine exteriore canis, exceptis duabus primis unicoloribus.—Nares perpetuo ſtillant.

β. V. nigricans, capite colloque denudatis; corpore ſubtus ſcapis pennarum albis.
Vultur Bengalenſis. *Gmel. Syſt.* i. p. 245. 2.
——— percnopterus, *Haſſelq. It.* p. 209, femina.—*Id. (ed. Angl.)* p. 194.
Bengal Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 19. t. 1.—*Id. Sup.* p. 3.

Habitat cum priore, cujus *femina* eſt.—Color totus fuſco nigricans, *corpore* ſubtus, *femoribuſque* ſcapis pennarum albidis. *Ovum* ſordeſcens.

5.
barbarus. V. ex atro fuſcus, ſubtus albo fuſceſcens, pedibus lanatis, digitis plumbeis, unguibus fuſcis.
Vultur barbatus, *Briſ.* vi. *App.* p. 26.—*Id.* 8vo. i. 137.
——— barbarus, *Gmel. Syſt.* i. p. 250.
Bearded Vulture, *Edw.* t. 106.—*Lath. Syn.* i. p. 11.

Habitat in *Africa*, præſertim *Barbaria*, magnitudine *Falconis fulvi. Roſtrum* ex purpuraſcente carneum, mandibula inferiore faſciculo plumarum nigrarum pendularum barbata: *ſupercilia* rubra: *irides* flavæ: *capitis* maxima pars lanugine alba veſtita: *frons*, *genæ*, et *oculorum* area nigra: *cervix* pennis anguſtis acuminatis, longis, albicantibus tecta.

6.
barbatus. V. albido-rutilus, dorſo fuſco, tænia nigra ſupra et infra oculos.
Vultur barbatus, *Lin. Syſt.* i. p. 123. 6.—*Ger. Orn.* i. p. 49. t. 11.—*Bor. Nat.* ii. p. 64.
——— Alpinus, *Briſ. Orn.* i. p. 464. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 133.
Falco barbatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 252.
Percnopterus, ſ. Gypaëtos, *Raii Syn.* p. 8. N° 10.—*Will.* p. 33. art. viii. N° 4.—*Id. (Angl.)* p. 65. t. 4.—*Storr Alpenr.* i. p. 69.
Laemmergeyer, *Andreæ Brief aus der Schweitz*, p. 195. t. 12.—*Decouv. Ruſſ.* ii. p. 385. t. in p. 387.
Avoltoio barbato, *Cett. uc. Sard.* p. 16.
Vulturine Eagle, *Alb.* ii. t. 3.

β. V. rufus, dorſo nigro, capite et collo ſupremo rufo-albis, remigibus rectricibuſque fuſcis.
Vultur aureus, *Briſ.* i. 458. 5.—*Id.* 8vo. p. 132.—*Raii Syn.* p. 10. N° 5.—*Will. Orn.* p. 35. N° 5.—*Hablizl apud Pall. n. nord Beytr.* iv. 84. *et S. G. Gmelin It.* iv. p. 185.

Digitized by Google

Vultur Bœticus, *Raii Syn.* p. 10. N° 3.—*Will.* p. 35. 3.
Cheſnut Vulture, *Will. (Angl.)* p. 66. 3.
Golden Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. N° 5. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 18.

γ. F. cera cæruleſcente, pedibus et corpore ſubtus caſtaneis albo mixtis, cauda cinerea.
Falco magnus, *S. G. Gmelin It.* iii. p. 365. t. 38.—*Gmelin Syſt.* i. p. 252.

Habitat gregibus parvis in *Alpibus helveticis, rhæticis, noricis,* β. et γ. *perſicis*. Nidificat in antris rupium inacceſſarum habitu externo, gregario volatu, cadaverum appetitu, ad vulturem; reliquo victu, capite et collo, audacia, ad aquilas accedit.

7. Papa. V. rufeſcente-albus, naribus carunculatis, vertice colloque denudatis.
Vultur Papa, *Lin. Syſt.* i. p. 122. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 246.
——— Monachus, *Klein Av.* p. 46. 9.
Rex Vulturum, *Briſ.* i. p. 470. 11. t. 36.—*Id.* 8vo. p. 135.—*Borowſki Naturg.* p. 61. t. 1.
Regina Aurarum, *Will. Orn.* p. 302.
Cozcacoauhtli, *Raii Syn.* p. 161.
V. elegans, *Ger. Orn.* i. p. 44. t. 12.
Roi des Vautours, *Buf. Oiſ.* i. p. 169. t. 6.—*Pl. Enl.* 428.
Queen of the Auræ, *Will. (Angl.)* p. 390.
King of the Vultures, *Edw.* t. 2.—*Albin* ii. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 7.

Habitat in *America* calidiore, et Inſulis occidentalibus, victitans ſerpentibus, lacertis, cadaveribus; alte volitat. Magnitudo *Gallopavonis* feminæ. *Caput Collique* pars ſuperior quaſi excoriata, retrahere poteſt intra vaginam cutis plumoſæ colli inferioris: area oculorum nuda, crocea: *Vitta* nigricante lanugine ab occipite caput cingit: *corpus* rufeſcenti-album: *remiges* cineraſcenti-nigri: *pedes* rubri: *roſtrum* rubrum, *cera* aurantia; *carunculæ* dentatæ juxta ceram ſ. nares.

8. Aura. V. fuſco-griſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
Vultur Aura, *Lin. Syſt.* i. p. 122. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 246.—*Bor. Nat.* ii. p. 63. 3.
——— Braſilienſis, Urubu, Tzopilotl, Aura, *Raii Syn.* p. 10. 8.—*Id.* p. 180. 1.—*Will.* p. 36. 2.—*Id. (Angl.)* p. 68. t. 3.—*Briſ. Orn.* i. p. 468. 10.—*Id.* 8vo. p. 135.—*Klein. Av.* p. 44. 7.
V. Braſilianus, *Ger. Orn.* i. p. 45. t. 13.
Vautour du Breſil, *Buf. Oiſ.* i. p. 175.—*Pl. Enl.* 187.
Strunt-vogel, *Kolb. Cap.* ii. p. 136?

Gallinazo,

Digitized by Google

Gallinazo, *Ulloa It.* p. 60. 201.—*Id. Voy. (ed. Angl.)* p. 56. 196.
Turkey Buzzard, *Cateſ. Car.* i. t. 6.—*Phil. Tranſ.* xvii. p. 991. *(Clayton.)*
Carrion Vulture, *Sloan. Jam.* ii. p. 294. t. 254.—*Brown. Jam.* p. 471. *Damp. Voy.* ii. part 2. p. 67.—*Arct. Zool.* ii. N° 86.—*Lath. Syn.* i. p. 9.—*Id. Sup.* p. 2.

β. niger, remigibus fuſcis, roſtro cineraceo. *Molin. Hiſt. nat. Chili* p. 235.—*Id. (ed. Gall.)* p. 245.
Vultur Iota, *Gmelin Syſt.* i. p. 247. 5. β.

Habitat in *America* etiam boreali, inſuliſque adjacentibus, inſulis quoque *novi anni.*

Privilegio munitus in *America* cadavera ſerpenteſque vorans; cadavera animalium ſimul cum canibus ſumma concordia dilacerat.—Fœtidum ſtercoris humani odorem ſpirat, noctu gregarie dormit in ſummis arborum cacuminibus.

Corpus magnitudine circiter *Gallopavonis*, purpureo viridique micans: *irides* croceo-cæruleſcentes: *pedes* carnei: *caput* ruſeſcens.

β. ſimiliter fœtidiſſimus, iners vix niſi laceſſitus: vociferatur voce muris: nidum inter rupes aut in terra ſtruit ex foliis penniſque, et ova elidit bina alba, quaſi infumata.

Junior totus albus, ſenſim autem nigreſcit, ut tamen *roſtrum*, apice excepto, albeat: *remiges*, *pedes*, et *irides* fuſca.

9.
Monachus. V. vertice gibboſo, corpore nigro.
Vultur monachus, *Lin. Syſt.* i. p. 122. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 246.
——— Arabicus, *Briſ.* vi. *App.* 29.—*Id.* 8vo. p. 138. N° 14.
Creſted black Vulture, *Edw.* t. 290.
Arabian Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 8.

Habitat in *Arabia, Melanæto* major.

Caput cum *collo* lanugine cinerea tectum: *orbita* alba: *caput* ſupra gibbum elevatum: *cera pedeſque* cæruleſcentes.

10.
fuſcus. V. fuſcus, remigibus nigricantibus, primoribus apice albis fuſco maculatis, pedibus nudis.
Vultur fuſcus, *Gmelin Syſt.* i. p. 248.—*Briſ. Orn.* i. p. 455.—*Id.* 8vo. p. 130. 2.
Avoltojo Griffone, *Cetti Ucc. di Sard.* p. 1.
Vautour de Malte, *Buf. Oiſ.* i. 161.—*Pl. Enl.* 427.
Malteſe Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 15.

Habitat

Digitized by Google

Habitat in *Europa, Malta.*

Magnitudo inter *Ph. Colchicum* et *Gallopavonem* intermedia: *caput* fuſca lanugine tectum: *cervix* pennis anguſtis: *roſtrum* nigrum: *pedes* flaveſcentes, *unguibus* obſcuris. Affinis *V. Percnoptero.*

11. niger. V. niger, remigibus rectricibuſque fuſcis, pedibus pennatis.

Vultur niger, *Briſ. Orn.* i. p. 457. 4.—*Id.* 8vo. p. 131.—*Gmel. Syſt.* i. p. 248.—*Raii Syn.* p. 9. 2.—*Will. Orn.* p. 35. 2.

Swarthy Vulture, *Charl. Ox.* p. 71. 4.

Black Vulture, *Will. (Angl.)* p. 66.—*Lath. Syn.* i. p. 16. N° 10.

Habitat in *Ægypto* frequens, *Sardinia.*

Magnitudine *V. aureum* antecellit: *caput* lanugine fuſca tectum, *colli* pars proxima plane nuda, et cum *orbitis pedibuſque* ad digitos uſque lanatis alba: *corpus* univerſum nigrum, remigibus rectricibuſque fuſcis.

12. fulvus. V. griſeo-fuſceſcens, capite collo et torque albis, remigibus rectricibuſque nigris.

Vultur fulvus, *Briſ. Orn.* i. p. 462. 7.—*Id.* 8vo. p. 133.—*Ger. Orn.* i. p. 43. t. 10.—*Hablizl apud S. G. Gmel. It.* iv. p. 179.—*Pallas n. nord Beytr.* iv. p. 58.—*Gmel. Syſt.* i. p. 249. 11.

Vultur fulvus Bœtico congener, *Raii Syn.* p. 10. 7.—*Will. Orn.* p. 36. t. 4. f. 1. Vultur.

Griffon, *Buf. Oiſ.* i. p. 151.

Vulture, *Alb.* iii. t. 1.

Fulvous Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. 7.—*Lath. Syn.* i. p. 17.

Habitat in montibus *Perſiæ,* quoque alpibus *ſunamiſicis, F. fulvo* major.

Roſtrum cæruleſcens: *pedes* plumbeo-ciueraſcentes, ultra femoris medium intus lanugine denſa alba, extus pennis longis rufis tecti; unguibus nigris.

13. criſtatus. V. rutilo-nigricans criſtatus, pectore ruſeſcente, pedibus nudis.

Vultur criſtatus, *Briſ. Orn.* i. p. 460. 6.—*Id.* 8vo. p. 132.—*Gmel. Syſt.* i. p. 250.

——— leporarius, *Raii Syn.* p. 10. 4.—*Will. Orn.* p. 35. 4.—*Klein. Av.* p. 44. 2.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 2.—*Ger. Orn.* i. p. 42. t. 9.

Vautour à aigrettes, *Buf. Oiſ.* i. p. 159.

Hare Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 17.

Habitat

Digitized by Google

Habitat in denſis et deſertis ſylvis, in altiſſimis arboribus nidificans: lepores ex latibulis accipere didicit, nec pullis vulpium parcit: prædatur quoque piſcibus. Stans aut ſedens criſtam quaſi cornuta in capite erigit, quæ in volante non apparet. *Corpus* magnitudine ad *Oſſifragum* accedit: *alarum* apices 6 pedum intervallo diſtant: *pedes* flavi: *roſtrum* et *ungues* nigreſcunt. *Ovum* coloris aquæ lutoſæ. *Kl.*

14. ponticerianus. V. niger, capite colloque ſubdenudatis incarnatis, lateribus colli caruncula carnoſa rubra.
Vautour royal de Pondichery, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 182. t. 104.
Pondicherry Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 6.

Habitat in *India*. *Corpus* magnitudine *Anſeris*: *roſtrum* nigrum: *pedes* flavi.

15. indicus. V. fuſcus, corpore ſupra faſciis pallidis, capite colloque denudatis rufis, remigibus rectricibuſque nigris.
Le grand Vautour des Indes, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 183. t. 105.
Indian Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 6.

Habitat in *Indiæ* maritimis, piſcibus, cadaveribus prædans, voraciſſima avis. Magnitudo *Anſeris*: *roſtrum* nigrum, *caput* lanugine piloſa tectum: *collum* nudum: *pectus* pennis curtis obſitum.

16. ginginianus. V. albus, remigibus nigris: roſtro pedibuſque griſeis.
Le Vautour de Gingi, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 184.
Gingi Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 7.

Habitat in *India*, *Coromandela*, ſub nomine *Meleagridris feræ*.
Corpus *Meleagridis* magnitudine: *roſtrum*, *pedeſque* griſei: *irides* rubræ.

17. angolenſis. V. albus, orbitis nudis incarnatis, remigibus baſique caudæ nigris.
Falco Angolenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 252.
Angola Vulture, *Penn. Tour in Wales*, i. p. 228. t. 19.—*Lath. Syn.* i. p. 18.

Habitat in *Angola*. *Corpus* magnitudine fere *Anſeris*.
Roſtrum albicans, elongatum, apice ſolo aduncum: *cera* cæruleſcens: *orbitæ* late nudæ, carneæ: *irides* flaveſcentes: *pectus* facciforme: *pedes* albidi, ſquamoſi.

Digitized by Google

18.
ambuſtus. V. luteo-fuſcus, orbitis antice nudis, gula pennis elongatis, cera ampla, pedibus cæruleſcentibus.
Falco ambuſtus, *Gmel. Syſt.* i. p. 252.
Tawny Vulture, *Brown Illuſt.* p. 2. t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 19.

HABITAT in *Inſulis Falklandicis.* 4 pollices ultra 2 pedes longus.
Roſtrum breve, craſſum, obſcurum: *cera* ampla, ſetis hiſpida: ſpatium inter roſtrum et oculos nuda: *mandibula* inferior faſciculo pennarum tenuium longorum barbata: *cauda* albida fuſco-faſciata: *pedes* cæruleſcentes, *unguibus* modice incurvatis.

19.
Plancus. V. occipite criſtato, capite lateribus colloque anteriore denudatis, corpore fuſco alboque faſciato, remigibus 4 baſi caudaque albis faſciis nigris.
Falco Plancus, *Miller Ill.* t. 17.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 257.—*Cook's Voy.* ii. p. 184. t. 32.
Plaintive Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 34.
——— Vulture, *Id. Sup.* p. 4.

HABITAT in *Terra del Fuego*: 28 pollices longus.
Roſtrum nigrum, *cera* ad apicem fere producta: *orbitæ, latera capitis* denudata, *pedeſque* flava.

20.
Cheriway. V. cera roſea, pedibus flavis, corpore ferrugineo, capite albido, vertice criſtato ferrugineo.
Falco Cheriway, *Jacquin Voeg.* p. 17. t. 4.—*Gmelin Syſt.* i. p. 254.
Cheriway Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 5.

HABITAT in inſula *Aruba,* ad littus *Venatzuelæ* ſita. 2 pedes cum dimidio longus.
Roſtrum cæruleum: *caput* et *collum* flaveſcentia: *cera* et *orbitæ* nudæ, roſeæ: *rectrices* nigricantes, intermediis duabus faſciis albis.

21.
ſerpentarius. V. plumbeus occipite criſtato, pedibus elongatis, remigibus, criſſo, femoribuſque nigris, rectricibus intermediis longiſſimis.
Falco Serpentarius, *Miller Ill.* t. 28. A. B.—*Gmelin Syſt.* i. p. 251.
Grus capenſis cauda criſtata, *Pet. Gaz.* t. 12. f. 12?
Sagittarius, *Voſmaer Monog.* t. 8.—*Phil. Tranſ.* vol. lxi. p. 55. t. 2.
Slaangen-vraater, *Sparm. Voy.* i. p. 154.
Secretaire, *Son. Voy.* p. 87. t. 50.
Meſſager du Cap de Bonne Eſperance, *Pl. Enl.* 721.
Secretary Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 20. t. 2.—*Id. Sup.* p. 4.

HABITAT

Digitized by Google

Habitat in *Africa* interiore, *Aſia*; gliribus et amphibiis victitans; facile cicurandus; altitudo tripedalis. *Cera* alba: area *oculorum* nuda, aurantia: *irides* cineraſcentes: *cauda* rotundata, rectricibus 2 intermediis valde elongatis: *femora* longiſſima: *roſtrum Falconis*; *caput* denudatum *vulturinum*; *pedes*, ut in *Grallis*, longiſſimi.

Genus II. FALCO.

Roſtrum aduncum, baſi *cera* inſtructum.
Caput pennis arcte tectum.
Lingua bifida.

1. Harpyia. F. capite pennis elongatis criſtato, corpore vario ſubtus albo.
Vultur Harpyia, *Lin. Syſt.* i. p. 121. 2.
Falco Harpyia, *Gmel. Syſt.* i. p. 251.
Aquila Braſilienſis criſtata, *Briſ. Orn.* i. p. 446. 13.—*Id.* 8vo. p. 128. —*Raii Syn.* p. 7. 8.—*Klein. Av.* p. 42. 8. —*Will.* p. 32. t. 4.—*Id. (Angl.)* p. 63.
Yzquauhtli, *Raii Syn.* p. 161.—*Will. Orn.* p. 299.—*Id. (Angl.)* p. 388.
Oronooko Eagle, *Brown Jam.* p. 471.
Creſted Vulture, *Lath. Syn.* 1. p. 6.

Habitat in *America* calidiore. Fertur unico ictu cranium hominis findere. Pennas occipitis ſæpius erigit in formam bifidæ coronæ: erectus conſidet: magnitudo *Arietis*.

Caput pennis tectum leucophæo cæruleum: *capitis* pennæ pedem ½ longæ: *corpus* dorſo, alis, maximaque colli parte nigrum, ſubtus niveum: *cauda* fuſco nigroque faſciatum: *roſtrum* nigrum: *digiti pedeſque* nudi, flavi.

β. F. criſtatus niger, ventre albo, femoribus albo maculatis, cauda elongata albo nigroque varia.
Vultur coronatus, *Jacq. Voy.* p. 15. 11.
Falco Jacquini, *Gmel. Syſt.* i. p. 251.
Crowned Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 5.

Habitat in montibus *Novæ Grenadæ*. Junior cicurandus.

2. Albicilla. F. cera pedibuſque flavis, rectricibus albis, intermediis apice nigris.
Vultur Albicilla, *Lin. Syſt.* i. p. 123. 8.

Digitized by Google

Falco Albicilla, *Gmelin Syſt.* i. p. 253.—*Faun. Suec.* N° 55.—*Brun. Orn.* N° 12.—*Muller*, N° 58.—*Faun. Groenl.* p. 53.—*Kram. el.* p. 326. N° 13.—*Scop. Ann.* i. N° 2.

Aquila Albicilla, ſeu Pygargus, *Briſ. Orn.* i. p. 427. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 123.—*Klein. Av.* p. 40. 2.—*Will. Orn.* p. 31.—*Raii Syn.* p. 7. 5.

Le grand Pygargue, *Buf. Oiſ.* i. p. 99.

White-tailed Eagle, *Will. Orn. (Angl.)* p. 61.

Cinereous Eagle, *Br. Zool.* i. N° 45. t. 18.—*Arct. Zool.* ii. p. 214. B. —*Lewin. Br. Birds*, i. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 33. N° 8.—*Id. Sup.* p. 11.

Habitat in *Europa*, *Scotia*, et inſulis adjacentibus. Ferit piſces maximos, iiſque victitat auceps.

Magnitudo *Gallopavonis*. Long. 2 ped. 9 poll.

Caput et *collum* cineraſcens: *corpus* et *alæ* cinereæ, fuſco intermiſto: *cauda* alba: *frons* inter oculos et *nares* nudiuſcula, tantum ſetulis adſperſa: *roſtrum* baſi elongatum.

3. Melanæetus. F. cera lutea, pedibus ſemilanatis, corpore ferrugineo-nigricante, ſtriis flavis.

Falco Melanæetus, *Lin. Syſt.* i. p. 124. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 254. —*Raii Syn.* p. 7. 4.—*Will.* p. 30. t. 2.—*Klein. Av.* p. 41. 4.—*Id. Ov.* p. 18. t. 5. f. 1.—*Briſ.* i. p. 434. 8.—*Id.* 8vo. p. 125.—*Phil. Tranſ.* lvii. p. 346.—*Ger. Orn.* i. p. 37. t. 3.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 68. 3.

L'Aigle noir, *Buf. Oiſ.* i. p. 86.

Schwartz-braune Adler, *Friſch.* t. 69.

Black Eagle, *Will. (Angl.)* p. 61. t. 2.—*Albin.* ii. t. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 87.—*Lath. Syn.* i. p. 28.—*Id. Sup.* p. 8.

Habitat in *Europa*, *America*. Long. ped. 2. poll. 10.

Rectrices prima medietate albæ nigricante maculatæ, altera medietate nigricantes. Ovum ſordide album, maculis velut nubibus rubiginoſis et confluentibus marmoratum. *Klein.*

4. fulvus. F. cera flava, pedibus lanatis fuſco-ferrugineis, dorſo fuſco, cauda faſcia alba.

Falco fulvus, *Lin. Syſt.* i. p. 125. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 256.—*Georgi reiſe*, p. 164.—*Decouv. Ruſſ.* i. p. 89.—*Id.* ii. p. 142.

Aquila, *Briſ.* i. p. 419. 1.—*Id.* 8vo. 121.—*Klein. Av.* p. 41. 3.

Digitized by Google

Chryſaëtos, caudâ annulo albo cincta, *Will.* p. 28.—*Raii. Syn.* p. 6. 2. —*Ger. Orn.* i. p. 35. t. 1?
L'Aigle commun, *Buf.* i. p. 86.—*Pl. Enl.* 409.—*Voy. en Barbarie*, i. p. 264.
Black Eagle, *Br. Zool.* ii. N° 87.—*Arct. Zool.* ii. N° 87.
Ring-tail Eagle, *Will. (Angl.)* p. 59.—*Br. Zool.* folio. p. 62.—*Lewin's Brit. Birds*, i. t. 3.—*Id.* t. i. f. 1. (*ovum.*)—*Lath. Syn.* i. p. 32.—*Id. Sup.* p. 10.

HABITAT in *America*, *Europa*. *Ovum* intenſe ferrugineum lituris ſaturatioribus.

β. F. cera flava pedibuſque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco.
Falco Canadenſis, *Lin. Syſt. ed.* 10. p. 88.—*Gmel. Syſt.* i. p. 256. β.
—— fulvus, *Lin. Syſt. ed.* 12. p. 125. 6. β.
Aquila cauda alba Americana, *Ger. Orn.* i. p. 40. t. 7.
White-tailed Eagle, *Edw.* t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 32. 6. A.

HABITAT in *Europa*, *America*, et *Aſia ſeptentrionali*, in rupibus altiſſimis nidificans. *Frons* inter oculos et *nares* nuda: *pectus* punctis trigonis adſperſum. *Melanaeto* nimis affinis, an ſexus altera?

5. leucocephalus. F. cera lutea pedibuſque ſemilanatis, corpore fuſco, capite caudaque albis.
Falco Leucocephalus, *Lin. Syſt.* i. p. 124. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 255. —*Briſ.* i. p. 422. 2.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Ger. Orn.* i. p. 40. t. viii.
Le Pygargue, *Buf.* i. p. 99.
L'Aigle à tête blanche, *Pl. Enl.* 411.
White-headed Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 89.
Bald Eagle, *Cateſ. Car.* i. t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 29.—*Id. Sup.* p. 9.

HABITAT in *Europae* et *Americae* ſylvis aceroſis, piſcibus victitans, quos poſteriores ab *Haliaeto* captos huic aufert. Magnitudo praecedentis. Long. ped. 3. poll. 3. Pond. lib. 9.
Roſtrum pedeſque lutei: *caput*, *collum*, *irides*, *caudaque* candent.

6. coronatus. F. cera ferruginea, pedibus lanatis albis nigro punctatis, pectore ruſo, lateribus nigro faſciatis.
Falco coronatus, *Lin.* i. p. 124. 1.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 253.

 Aquila

Digitized by Google

Aquila Africana criſtata, *Briſ. Orn.* i. p. 448. 14.—*Id.* 8vo. p. 128.
Crowned Eagle, *Edw.* t. 224.—*Lath. Syn.* i. p. 27.

HABITAT in oris *Africæ* maritimis.

Criſtæ inſtar interdum pennas erigit. Color fuſcus: *area oculorum* cum fronte albida: *cauda* nigro faſciata.

7. Oſſifragus. F. cera lutea pedibuſque ſemilanatis, corpore ferrugineo, rectricibus latere interiore albis.

Falco oſſifragus, *Lin. Syſt.* i. p. 124. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 255.—*Brun.* N° 13.—*Muller*, N° 60.—*Raii Syn.* p. 7. 3.—*Will.* p. 29. t. 1. —*It. Poſegan.* p. 27.—*Voy. en Barbar.* i. p. 263. 1.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 69. 4.
Aquila oſſifraga, *Briſ.* i. p. 437. 9.—*Id.* 8vo. p. 125.—*Klein. Av.* p. 41. 5:
Le grand Aigle de Mer, *Pl. Enl.* 112. (Mas.) *Kolb. Cap.* ii. p. 137.—*Voy. en Barbarie*, i. p. 265. 5.
L'Orfraie, *Buf.* i. p. 112. t. 3.—*Pl. Enl.* 415. (Femina.)
L'Aquila marina, *Cet. uc. Sard.* p. 28.
Sea Eagle, or Oſprey, *Will. (Angl.)* p. 59. t. 1.—*Br. Zool.* i. N° 44. t. 17.—*Id.* fol. p. 63.—*Arct. Zool.* ii. N° 86. A.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 30.—*Id. Sup.* p. 9.

HABITAT in *Europæ*, *Aſiæ*, *Americæ* maritimis; piſcibus victitans, quos ipſe capit.

Magnitudo *Gallopavonis*. Long. ped. 3. poll. 4.

Roſtrum cæruleſcens: *pedes* lutei: pennæ baſi albæ, medio ferrugineæ, apice nigræ: tectrices caudæ fere albæ.

Femina ferruginea.

8. Chryſaëtos. F. cera lutea pedibuſque lanatis luteo-ferrugineis, corpore fuſco ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata.

Falco chryſaëtos, *Linn. Syſt.* i. p. 125. 5.—*Faun. Suec.* p. 54.—*Gmel. Syſt.* i. p. 256.—*Briſ.* i. p. 431. 7.—*Id.* 8vo. p. 124.—*Klein. Av.* p. 40. 1. —*Raii Syn.* p. 6. 1.—*Will.* p. 27. t. 1.—*Scop. Ann.* i. N° 1.—*Muller*, N° 59.—*Kram. El.* p. 325.—*Faun. Arag.* p. 67.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 66. t. 2.—*Gerin. Orn.* i. p. 36. t. 2.
Le grand Aigle, *Buf.* i. p. 76.—*Pl. Enl.* 410.
Gold Adler, *Wirſing. Voy.* t. 45.
Golden Eagle, *Br. Zool.* i. N° 42. t. 16.—*Id.* fol. p. 61. t. A.—*Pitſ. Mem.* t. p. 182.—*Arct. Zool.* 2. p. 214. A.—*Alb.* ii. t. 1.—*Cheſeld. Anat. cap.* 3. *ad finem.* (Scelet.)—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 2.—*Lath. Syn.* i. p. 31.—*Id. Sup.* p. 10.

HABITAT

Digitized by Google

Habitat in *Europa, Sibiria,* inter congeneres maximus. Variat ſtatura minore, cauda ſubtus alba et apice nigro. Ponder. lib. 12. Long. ped. 3. Lat. ped. 7. poll. 4.

9. leucogaſter. F. albus, dorſo alis caudaque obſcure fuſcis, caudæ apice albo, roſtro pedibuſque flavis.
Falco leucogaſter, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
White-bellied Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 33*.

Habitat in *America ſeptentrionali?* Long. ped. 2. poll. 9.

10. japonicus. F. cera obſcura, corpore fuſco ferrugineo vario, remigibus caudaque obſcuris ferrugineo maculatis.
Falco japonicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
Japoneſe Hawk, *Lath. Syn.* p. 33*.

Habitat in *Japonia.*—Long. ped. 1. poll. 11.
Roſtrum cæruleum, ſubtus flaveſcens: *gula* alba nigro ſtriata, lunula nigra cincta.

11. ferox. F. cera viridi, corpore ſupra fuſco, dorſo abdomine et uropygio niveo maculis caſtaneis vario, rectricibus æqualibus fuſcis faſciis 4 obſoletis.
Accipiter ferox, *N. C. Petr.* xv. p. 442. t. 10. (S. G. Gmelin).
Falco ferox, *Gmel. Syſt.* i. p. 260.
Fierce Eagle, *Lath. Syn.* 1. p. 33.

Habitat *Aſtracaniæ,* rapaciſſimus, nec ipſa cadavera reſpuens. Long. ped. 2. poll. 1.
Roſtrum plumbeo-nigrum: *palpebræ* cæruleæ: *irides* flavæ: *caput* et *collum* ferruginea, admiſto albido.

12. americanus. F. cera pedibuſque lanatis luteis, corpore nigro, capite collo pectoreque cinereis, faſcia genarum tranſverſa nigra.
Falco americanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
Black-cheeked Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 88.—*Lath. Syn.* ii p. 35. 10. *Robert. Ic.*

Habitat in *America* ſeptentrionali. *F. fulvum* magnitudine æquans. *Roſtrum* cæruleo-nigricans: *abdomen* medio nigricans.

13. ſinenſis. F. cera pedibuſque luteis, corpore ſupra rubro-fuſco ſubtus flaveſcente, tectricibus alarum rectricibuſque faſcia obſcura.

Falco

Digitized by Google

Falco ſinenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 264.
Chineſe Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 35. 11. t. 3.

HABITAT in *Aſia*, inter majores numerandus.
Vertex obſcurus: *alarum* et *caudæ* faſcia unica, vel altera lata obſcura.

14. Cheela. F. ſubcriſtatus fuſcus, capiſtro albo, tectricibus alarum albo maculatis, cauda faſcia lata alba.
Cheela Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 33.

HABITAT in *India*. Magnitudo *Aquilæ*: corpus robuſtum: *roſtrum* cæruleum: *irides pedeſque* flavi.

15. aſiaticus. F. pedibus ſemilanatis flavis, corpore fuſco ſubtus albo, pectore ſtriato, rectricibus griſeo-argenteis exteriore faſciis quinque obſoletis.
Aſiatic Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 31.

HABITAT in *China*. Habitus F. *Buteonis*, at minor. 21 poll. longus. *Roſtrum* nigrum: *remiges* griſeæ nigro faſciatæ: *tectrices caudæ* ſuperiores albæ: *pedes* antice lanati.

16. cygneus. F. totus albus.
Falco albus, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
Aquila alba, *Briſ.* i. p. 424. 3.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Klein. Av.* p. 42. 7.
White Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 36.

HABITAT in *Alpibus* et *Rheni* ripis; *Chryaëti* magnitudine.

17. candidus. F. albus, remigibus apice nigris.
Falco candidus, *Gmel. Syſt.* i. p. 258.
White Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 90.—*Du Pratz. Louiſ.* ii. p. 75.
Louiſiane white Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 36.

HABITAT in *Louiſiana*, rarius. Præcedente paulo minor.

18. nævius. F. cera iridibus pedibuſque lanatis luteis, corpore ferrugineo, rectricibus baſi apiceque albis.
Falco nævius, *Gmel. Syſt.* i. p. 258.—*Briſ.* i. p. 425. 4.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Friſch.* t. 71. (Buteo.)
γ. Pſitt. major poikilorynchos, *Briſ.* iv. p. 270. 34.—*Id.* 8vo. ii. p. 116. —*Raii. Syn.* p. 30. 3.—*Will.* p. 74.
L'Amazone à tête jaune, var. 2. *Buf.* vi. p. 210.
Party-billed Parrot, *Will. (Angl.)* p. 113.—*Lath. Syn.* i. p. 283. 89. B.

Major præcedentibus, at color ſimilis. *Roſtrum* mandibula ſuperiore cæruleo-viridi, lateribus ocraceis, inferiore plumbea medio flaveſcente: *vertex* tantum flavus.

115.
barbadenſis. Pſ. viridis, fronte ciueraſcente, vertice genis collo inferiore tectricibus alarum cruribuſque luteis, remigibus intermediis extus prima medietate rubris.
Pſitt. barbadenſis, *Briſ.* iv. p. 236. 22.—*Id.* 8vo. ii. p. 108.—*Gmel. Syſt.* i. p. 339.
Pſitt. viridis et luteus, capite cinereo, *Klein. Av.* p. 25. 24.
Green and yellow Parrot from Barbadoes, *Alb.* iii. t. 2.
Aſh-fronted Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 284. 90.

HABITAT in inſula *Barbata*; *columbæ* magnitudine. *Roſtrum* corneum: *pedes* cinerei.

116.
lucionenſis. Pſ. viridis, occipite uropygioque cæruleis, alis nigro cæruleo rubroque notatis.
Pſitt. lucionenſis, *Briſ.* iv. p. 295. 41. t. 22. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 121.—*Gmel. Syſt.* i. p. 339.
Manilla green Parrot, *Lath. Syn.* i. 296. 98.

HABITAT in *Philippinis* inſulis.—12½ pollices longus. *Roſtrum* coccineum, apice albo: *cera* rubens: *pedes* cinerei.

Pſ. viridis

117.
æſtivus. Pſ. viridis, facie flava, fronte cærulea, humeris rectricibuſque 4 extimis baſi rubro notatis.

Pſitt. æſtivus, *Lin. Syſt.* i. p. 146. 32.—*Gmel. Syſt.* i. p. 340.
—— amazonicus, *Briſ.* iv. p. 256. 31.—*Id.* 8vo. ii. p. 114.—*Ger. Orn.* i. p. 94. t. 107?
—— viridis, capite croceo, fronte cyanea, *Klein. Av.* p. 25. 10.—*Friſch.* t. 47.
Ajurucurau, *Raii Syn.* p. 32. 1.—*Will.* p. 76.
L'Aourou-couraou, *Buf.* vi. p. 215.
Le Perroquet Amazone, *Pl. Enl.* 547.
Marcgrave's midd. ſized Parrot, *Will. (Angl.)* p. 115.
Common Amazons Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 284. 91.

Habitat in *Amazonum* regione, *Guiana*, *Braſilia*.—12 pollices longus.

Roſtrum nigrum: *irides* aureæ: *pedes* cinerei: *vertex* albidus.

β. Pſ. viridis, capite pectoreque flavis, fronte gulaque cærulescentibus, margine alarum criſſoque rubris.

Pſitt. jamaicenſis icterocephalos, *Briſ.* iv. p. 233. 20.—*Id.* 8vo. ii. p. 107.—*Gmel. Syſt.* i. p. 340. β.
Pſitt. viridis melanorynchos, *Raii Syn.* p. 30. 4.—*Will.* p. 75.
Jamaica Parrot, *Brown. Jam.* p. 473.—*Will. (Angl.)* p. 113. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 285. 91. A.

Habitat in *Jamaica.*

γ. Pſ. viridis, vertice flavo, genis gulaque luteis, fronte cærulea, tectricibus alarum minoribus remigibus 5 intermediis prima medietate rectricibuſque 4 extimis baſi intus rubris.

Pſitt. amazonicus jamaicenſis, *Briſ.* iv. p. 276. 36.—*Id.* 8vo. ii. p. 117. *Gmel. Syſt.* i. p. 340. 32. γ.—*Ger. Orn.* i. p. 95. t. 108.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 93. 12.
Pſitt. viridis alarum coſta ſuperne rubente, *Raii Syn.* p. 30. 2.–181. 6. —*Will.* p. 74. t. 16.—*Sloan. Jam.* p. 297.
Main Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 285. 91. B.—*Will. (Angl.)* p. 113. 2.

Habitat in *Guiana* et *Amazonum* regione.

δ. Pſ. viridis, pileo cæruleo nigro vario, macula verticis ſubocularique flava, gula cærulea.

Digitized by Google

Pſitt. braſil. cyanoceph. *Briſ.* iv. p. 234. 21.—*Id.* 8vo. ii. p. 108.—
Gmel. Syſt. i. p. 340. δ.
Ajuru-curuca, *Raii Syn.* p. 33. 3.—*Will.* p. 76.—*Id. (Angl.)* p. 115. 9.
Aourou-couraou, var 3. *Buf.* vi. p. 219.
Blue-topped Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 286. 91. C.

HABITAT in *Braſilia.*
Remiges majores flavo rubro et cæruleo-violaceo variegatæ.

ε. Pſ. viridis, vertice genis gulaque flavis, fronte cærulea, remigibus 5 intermediis extus rectricibuſque 4 extimis intus prima medietate rubris.
Pſitt. amazonicus varius, *Briſ.* iv. p. 281. 37. t. 26. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 118.—*Gmel. Syſt.* i. p. 340. ε.—*Ger. Orn.* i. p. 96. t. 115.
Ajurucurau, N° 2. *Raii Syn.* p. 33. 2.—*Will.* p. 76.—*Id. (Angl.)* p. 115. ſect. 9.
L'Aourou-couraou, Var. 4. *Buf.* vi. p. 219.
Pſitt. major viridis, maculis luteis et rubris, *Friſch.* t. 49.—*Klein. Av.* p. 25. 12.
Weſt-India green Parrot, *Edw.* t. 162.—*Lath. Syn.* i. p. 287. 91. D.

Vertex flaveſcens cæruleo varius: *collum* ſuperius et *dorſum* initium luteo variegata.

ζ. Pſ. viridis, pileo genis gulaque flavis, ſuperciliis cæruleis, remigibus 4 intermediis extus rectricibuſque lateralibus baſi rubris.
Pſitt. amazonicus fronte lutea, *Briſ.* iv. p. 261. 32.—*Id.* 8vo. ii. p. 114.
—— amazonicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 341. 33.
Aourou-couraou, Var. 5. *Buf.* vi. p. 221.
Braſilian yellow-fronted Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 287. 91. E.

HABITAT cum præcedentibus, quos magnitudine excedit.
Sinciput dilute flavum: *gulæ* pennæ apice cæruleſcentes.

η. Pſ. viridis, fronte cærulea, vertice genis gula abdomine medio genibuſque flavis, axillis totis macula remigum rectricibuſque lateralibus baſi rubris.

HABITAT in *Braſilia.*—14½ pollices longus.
Roſtrum et *cera* nigricantia: *pedes* fuſci: *abdomen* fuſco-flavicans.

θ. Pſ. viridis,

Digitized by Google

9. Pſ. viridis, capite colloque flavis, humeris macula remigum rectricibuſque lateralibus baſi rubris.
Pſittacus viridis colloque flavo, *Ger. Orn.* i. p. 95. t. 110.

Magnitudo præcedentium.

ι. Pſ. viridi flavoque varius, fronte cærulea, humeris macula remigum rectricibuſque lateralibus baſi rubris.
Perroquet Amazone varié du Bréſil, *Pl. Enl.* 120.
Pſittacus varii coloris, *Will.* p. 72?
Counterfeit Parrot, *Will. (Angl.)* p. 110?—*Lath. Syn.* i. p. 295.

118. luteolus. Pſ. viridis, pileo cyaneo, capiſtro ſubtus gula humeriſque flavis, tectricibus alarum majoribus macula magna fulva.
Pſitt. luteus, *Gmel. Syſt.* i. p. 341.
Yellow-ſhouldered Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 288. 92.

Habitat in *America* auſtrali.—11 pollices longus.

119. ochropterus. Pſ. viridis, fronte orbitiſque albidis, vertice genis collo ſubtus femoribuſque flavis, tectricibus alarum minimis exterioribus flavis, interioribus rubris flavo marginatis.
Pſitt. ochropterus, *Gmel. Syſt.* i. p. 341.
—— amazonicus, gutture luteo, *Briſ.* iv. p. 287. 38.—*Id.* 8vo. ii. p. 119.
—— viridis alius, capite luteo, *Friſch.* t. 48.—*Klein. Av.* p. 25. 11.
Le Crik à tête et à gorge jaune, *Buf.* vi. p. 222.
Yellow-headed Creature, *Bancr. Guian.* p. 159.
Yellow-winged Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 289. 93.

Habitat in *America* auſtrali.—13 pollices longus.
Roſtrum albidum: *remiges* 4 intermediæ rectriceſque 4 extimæ baſi rubro notatæ.

120. pulverulentus. Pſ. viridis, ſupra albo pulveratus, vertice macula flava, remigibus cæruleo-nigris, alarum macula magna rubra.
Pſitt. pulverulentus, *Gmel. Syſt.* i. p. 341.
—— major albicans, capite luteo, *Barrer. Fr. equ.* p. 144?
Meunier, ou Crik poudré, *Buf.* vi. p. 225.—*Pl. Enl.* 861.
Meally green Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 291. 94.

Habitat in *Cayana*; Americanorum forte maximus.
Roſtrum corneum.

121. havanenſis. Pſ. viridis, facie gula juguloque cinereo-cæruleis, pectoris remigumque intermediarum macula rubra, criſſo flavo, rectricibus lateralibus baſi rubris.

Pſitt. havanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 342.

—— amazonicus gutture cæruleo, *Briſ.* iv. p. 266. 33. t. 25. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 115.—*Ger. Orn.* i. p. 95. t. 114.

Crik à face bleue, *Buf.* vi. p. 227.

Perroquet de la Havane, *Pl. Enl.* 360.

Blue-fronted Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 291. 95.

Habitat *Havanæ.*—12-15 pollices longus.

Roſtrum albidum apice nigro: *cera* et *orbitæ* cinereæ: pennæ corporis ſuperioris apicibus nigris, inferioris cæruleſcentibus.

122. autumnalis. Pſ. viridis, fronte remigumque macula coccinea, vertice remigibuſque primoribus cæruleis.

Pſittacus autumnalis, *Lin. Syſt.* i. p. 147. 37.—*Gmel. Syſt.* i. p. 345.

——— americanus, *Briſ.* iv. p. 293. 40.—*Id.* 8vo. ii. p. 121.—*Ger. Orn.* ii. p. 22. t. 135.

Crik à tête bleue, *Buf.* vi. p. 232. Var. 2.

Leſſer green Parrot, *Edw.* t. 164.—*Bancr. Guian.* p. 160.

Autumnal Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 293. B.

Habitat in *Guiana.*—Magnitudo *Columbæ.*

Roſtrum et *cera* albida: *irides* aureæ: macula ſubocularis fulva.

β. Pſ. viridis, capite gulâque cæruleis, jugulo pectoreque rubris, remigibus cæruleis, intermediis baſi rubris.

Crik à tête bleue, *Buf.* vi. p. 230.—*Gmel. Syſt.* i. p. 345. 37. β.

Blue-headed creature, *Bancr. Guian.* p. 158.

——-faced green Parrot, *Edw.* t. 230.—*Lath. Syn.* i. p. 293. 96.

Habitat in *Guiana.*

γ. Pſitt. capite ex rubro et albido vario.

Crik à tête bleue, *Buf.* vi. p. 231. Var. 1.

Cocho, *Fern. H. N. Hiſp.* p. 38.

Red and white-faced Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 293. 96. A.

Habitat cum priore.

δ. Pſ. viridis,

Digitized by Google

J. Pſ. viridis, facie rubra, temporibus cæruleis, orbitis cinereis.
Pſittacus braſilienſis, *Lin. Syſt.* i. p. 147. 36.—*Gmel. Syſt.* i. p. 344.
——— braſilienſis fronte rubra, *Briſ.* iv. p. 254. 30.—*Id.* 8vo. ii. p. 113.
——— variegatus braſilienſis, *Ger. Orn.* i. p. 96. t. 116.
Crik à tête bleue, *Buf.* vi. p. 232. Var. 3.
Braſilian green Parrot, *Edw.* t. 161.—*Bancr. Guian.* p. 160.—*Lath. Syn.* i. p. 294. 96. C.

123.
pileatus. Pſ. viridis, vertice et fronte coccineis, uropygio luteo-vireſcente, remigibus et rectricibus latere exteriore cyaneis.
Pſitt. pileatus, *Scop. Ann.* i. N° 32.

Statura *Turdi viſcivori.*
Roſtrum corneum: *genæ* nudæ: *alæ* extus flavo marginatæ: *cauda* apice flava.

124.
Tarabe. Pſ. viridis, capite collo ſubtus pectore tectricibuſque alarum minoribus rubris.
Pſitt. Taraba, *Gmel. Syſt.* i. p. 344.
—— braſilienſis erythrocephalos, *Briſ.* iv. p. 240. 24.—*Id.* 8vo. ii. p. 109.
Tarabe, *Raii Syn* p. 33. 5.—*Will.* p. 77.—*Id. (Angl.)* p. 114. 9.—*Buf.* vi. p. 211.
Red-headed Amazon's Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 295. 97.

Habitat in *Braſilia*; magnitudine *Pſ. garrulum* antecellit.
*Roſtrum pedeſ*que cinerei: *orbitæ* nudæ albæ: *irides* flavo-avellaneæ.

125.
viridis. Pſ. viridis, remigibus primoribus cæruleis, minoribus ſubtus rubris.
Pſitt. magnus, *Gmel. Syſt.* i. p. 344.
Grand Perroquet vert de la nouv. Guinée, *Son. Voy.* p. 74. t. 108.
New Guinea green Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 296. 99.

Habitat in *nova Guinea*; *Æſtivi* magnitudine.
Mandibula ſuperior flava, inferior nigra: *irides* flammeæ.

126.
orientalis. Pſ. viridis, margine alarum exteriore remigibuſque primoribus cæruleſcentibus, cauda apice flava.
Eaſtern Parrot, *Lath. Syn. Sup.* p. 64. 140.

Habitat in *India*; magnitudine *Pſ. æſtivi.*
Roſtrum rubrum, apice flavo: *pedes* flavi.

127. adſcitus. Pſ. viridis, genis aliſque cæruleis, dorſo antice nigro luteo ſtriato, poſtice luteſcente, criſſo rubro.
Blue-cheeked Parrot, *Lath. Syn. Sup.* p. 64. 142.

Longitudo 11½ pollicum.—*Roſtrum* et *vertex* melina: *genæ* pallide cæruleæ: *alæ* cyaneæ: *pedes* obſcuri.

128. batavenſis. Pſ. viridis ſtriis flavis, occipite nuchaque nigricantibus, facie femoribuſque coccineis.
Amber Parrot, *Lath. Syn. Sup.* p. 65. 144.

Habitat in *Batavia.*—*Roſtrum* nigrum: *pedes* cinerei.

129. feſtivus. Pſ. viridis, fronte purpuraſcente, ſuperciliis gulaque cæruleis, dorſo ſanguineo.
Pſitt. feſtivus, *Lin. Syſt.* i. p. 147. 35.—*Gmel. Syſt.* i. p. 344.
Tavoua ou Tahué, *Buf.* vi. p. 240.—*Pl. Enl.* 840.
Feſtive Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 298. 102.

Habitat in *Guiana*; *Columbæ* magnitudine.—11 pollices longus.
Roſtrum plumbeum, apice nigro: *cera* griſeo-nigra: *irides* croceæ: *pedes* cinerei.

130. erythropterus. Pſ. viridis, dorſo antice nigro poſtice cæruleo, tectricibus alarum coccineis.
Pſitt. erythropterus, *Gmel. Syſt.* i. p. 343.
Crimſon-winged Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 299. 103.—*Id. Sup.* p. 60.

Habitat in *nova Wallia* auſtrali.—10-13½ pollices longus.
Roſtrum rubrum: *cera* obſcura: *pedes* obſcuri.
Femina a *mare* diſcrepat dorſo viridi, tectricibus alarum viridibus, majoribus intermediis rubris.

131. dominicenſis. Pſ. viridis, remigibus cæruleis, frontis faſcia rubra.
Pſitt. dominicenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 343.
Papegai à bandeau rouge, *Buf.* vi. p. 241.
Perroquet de St. Domingue, *Pl. Enl.* 792.
Red-banded Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 300. 104.

Habitat in inſula *Sti. Dominici.*—9½ pollices longus.
Roſtrum pallidum: *pedes* cinerei.

Digitized by Google

132.
Paradiſi. Pſ. luteus, gula ventre rectricumque baſi rubris.
Pſitt. Paradiſi, *Lin. Syſt.* i. p. 147. 34.—*Gmel. Syſt.* i. p. 342.—*Klein. Av.* p. 25. 18.
Pſitt. luteus inſulæ Cubæ, *Briſ.* iv. p. 308. 48.—*Id.* 8vo. ii. p. 125.
Papegai de Paradis, *Buf.* vi. p. 237.
Perroquet de Cuba, *Pl. Enl.* 336.
Cuba Parrot, *Brown. Jam.* p. 473.—*Cateſ. Car.* i. t. 10.
Paradiſe Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 300. 105.

HABITAT in *Cuba.*—12½ pollices longus.
Roſtrum, pedes, orbitæ alba: *irides* rubræ: *remiges* majores albæ: rectrices 2 intermediæ totæ, reliquæ extrema tertia parte, flavæ, ceterum rubræ.

133.
Aurora. Pſ. flavus, axillis lateribuſque extimis alarum caudæque rubris.
Pſitt. Aurora, *Lin. Mant.* 1771. p. 524.—*Gmel. Syſt.* i. p. 342.
—— luteus, *Briſ.* iv. p. 306. 47.—*Id.* 8vo. ii. p. 125.
Le Perroquet jaune, *Pl. Enl.* 13.—*Orn. de Salern.* p. 69. 9. t. 7. f. 2.
L'Amazone jaune, *Buf.* vi. p. 214. t. 10.
Aurora Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 301. 106.

HABITAT in *Mexico, Braſilia*; *Æſtivo* æqualis.—12 pollices longus.
Roſtrum, cera, pedes alba: *palpebræ* et *irides* rubræ: *cauda* rotundata, *rectricibus* 4 extimis a baſi ad medium intus rubris.

134.
cyanolyſeos. Pſ. luteo-virens, collari cæruleo, uropygio rubro.
Pſitt. cyanolyſeos, *Gmel. Syſt.* i. p. 343.—*Molin. Chil.* p. 227.—*Id. (ed. Gall.)* p. 235.

HABITAT in regno *Chilenſi*; *Columba* paulo major; ſegetibus valde infeſtus; in abyſſis præcipitibus nidificans, et *ova* plerumque bina alba columbinis æqualia ponens; docilis et manſuetus. *Caro* eſculenta, junioris ſapidiſſima.

135.
ſordidus. Pſ. ſubfuſcus, gula cærulea, alis caudaque viridibus, roſtro criſſoque rubris.
Pſitt. ſordidus, *Lin. Syſt.* i. p. 148. 40.—*Gmel. Syſt.* i. p 343.
—— novæ Hiſpaniæ, *Briſ.* iv. p. 303. 45.—*Id.* 8vo. ii. p. 124.
Le Papegai brun, *Buf.* vi. p. 246.
Duſky Parrot, *Edw.* t. 167.—*Lath. Syn.* i. p. 304. 110.

HABITAT in *nova Hiſpania*; magnitudine *Collarii.*
Cera nigricans: *orbitæ* nudæ cinereæ.

Digitized by Google

136. melanocephalus. Pſ. viridis ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo, orbitis incarnatis.
Pſitt. melanocephalus, *Lin. Syſt.* i. p. 149. 41.—*Gmel. Syſt.* i. p. 346.—*Muſ. Ad. Fr.* ii. p. 45.
Pſitt. mexicanus, pectore albo, *Briſ.* iv. p. 297. 42.—*Id.* 8vo. ii. p. 122.
—— atricapillus, *Miller. Ill.* t. 4. A.
Le Maïpouri, *Buf.* vi. p. 250.—*Pl. Enl.* 527.
White-breaſted Parrot, *Edw.* t. 169.—*Lath. Syn.* i. p. 305. 112.

HABITAT in *Mexico, Guiana*, in ſylvis; *Turturis* magnitudine.—9½ pollices longus.

Roſtrum et *cera* incarnata: *genæ* flavæ: *cervix* et *abdomen* poſterius aurantia: *remiges* primores extus cæruleæ, intus et ſubtus nigræ, minorum primæ virides margine flavo, reliquæ virides: *pedes* cinereo-fuſci.

137. Caïca. Pſ. viridis, capite nigro, orbitis albis, collo flavo, humerorum macula, et rectricum apicibus cæruleis.
Pſitt. pileatus. *Gmel. Syſt.* i. p. 347.
Caïca, *Buf.* vi. p. 253.
Perruche à tête noire de Cayenne, *Pl. Enl.* 744.
Hooded Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 306. 113.

HABITAT in *Cayana*.—8¹ pollices longus.

Roſtrum et *pedes* rubri: *rectrices* 2 intermediæ breviores totæ virides, omnes apice acutiuſculæ.

138. ſenegalus. Pſ. viridis ſubtus luteus, capite cinereo, orbitis nigris nudis.
Pſitt. ſenegalus, *Lin. Syſt.* i. p. 149. 43.—*Gmel. Syſt.* i. p. 347.—*Briſ.* iv. p. 400. 92. t. 24. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 153.
Perroquet à tête griſe, *Buf.* vi. p. 123.
Petite Perruche du Senegal, *Pl. Enl.* 288.
Senegal Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 307. 114.

HABITAT in *Senegala*.—8½ pollices longus.

Roſtrum et *pedes* cinerei: *cera* nigricans: *irides* flavæ: *rectrices* cinereæ, margine et apice virides.

139. collarius. Pſ. viridis, gula rubente.
Pſitt. collarius, *Lin. Syſt.* i. p. 149. 42.—*Gmel. Syſt.* i. p. 347.
—— jamaicenſis gutture rubro, *Briſ.* iv. p. 241. 25.—*Id.* 8vo. ii. p. 110.
—— minor collo miniaceo, *Raii Syn.* p. 181. 8.
Xaxabes, *Ovied.* l. iv. ch. 4.

Saſſabé,

Digitized by Google

Saſſabé, *Buf.* vi. p. 245.
Common Parrot of Jamaica, *Sloan. Jam.* p. 297. 9.
Red-throated Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 303. 109.

HABITAT in *Jamaica*; *Columbæ* magnitudine.
Collum inferius rubrum: *remiges* nigræ extus virides.

140.
purpureus. Pſ. atro-fuſcus ſubtus purpureus, vertice geniſque nigris, torque ferrugineo maculis nigricantibus.
Pſitt. purpureus, *Gmel. Syſt.* i. p. 346.
Perroquet violet, *Barrer. Fr. equin.* p. 144.
Papegai violet, *Buf.* vi. p. 244.
Perroquet varié de Cayenne, *Pl. Enl.* 408.
Little duſky Parrot, *Edw.* t. 315.—*Lath. Syn.* i. p. 302. 108.

HABITAT in *Surinamo*; *Columbæ* magnitudine.
Roſtrum et *pedes* obſcuri: macula ad utrumque latus aurantia: *rectrices* intus rubicundæ, apice cæruleæ.

141.
Tuipara. Pſ. viridis, lunula frontis rubra, macula alarum lutea, roſtro incarnato.
Pſ. Tuipara, *Gmel. Syſt.* i. p. 348.
Pſittacula braſilienſis erythrocephalos, *Briſ.* iv. p. 383. 82.—*Id.* 8vo. ii. p. 147.
Tuipara, *Raii Syn.* p. 35. 7.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* p. 117.
Red-fronted Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 308. 115.

HABITAT in *Braſilia*; magnitudine *Alaudæ*.
Cauda breviſſima: *pedes* griſei.

142.
chryſopterus. Pſ. viridis, alis macula cærulea fulvaque, orbitis nudis albis.
Pſ. chryſopterus, *Lin. Syſt.* i. p. 149. 44.—*Gmel. Syſt.* i. p. 348.
Pſittac. alis deauratis, *Briſ. App.* p. 130. 97.—*Id.* 8vo. ii. p. 155.
Perruche aux ailes d'or, *Buf.* vi. p. 170.
Golden-winged Parrakeet, *Edw.* t. 293. f. 2.—*Lath. Syn.* i. p. 309. 116.

HABITAT in *India*; vix *Alauda* major.
Roſtrum album: *remiges* primores 4 cæruleæ, at 5-8 externe fulvæ.

143.
pullarius. Pſ. viridis, fronte gulaque rubris, uropygio cæruleo, cauda fulva faſcia nigra, orbitis cinereis.
Pſ. pullarius, *Lin. Syſt.* i. p. 149. 45.—*Muſ. Ad. Fr.* ii. p. 15.—*Gmel. Syſt.* i. p. 348.—*Scop. Ann.* i. N° 34.—*Borcwſk. Nat.* ii. p. 95. 18.

Digitized by Google

Pſittacula guineenſis, *Briſ.* iv. p. 387. 85.—*Id.* 8vo. ii. p. 148.—*Ger. Orn.* ii. p. 21. t. 133.
Pſittac. puſillus viridis, *Raii Syn.* p. 31. 10.
——— minimus viridis, *Klein. Av.* p. 25. 21.—*Friſch.* t. 54.
——— minor americ. verſicolor, *Seb.* ii. p. 40. t. 40. f. 1.
La Perruche à tête rouge de Guinée, *Buf.* vi. p. 165. t. 7.—*Pl. Enl.* 60.
Indianiſche Spatz, *Wirſing. Vog.* t. 12.
Little red-headed Parrakeet, or Guinea Sparrow, *Edw.* t. 237.—*Alb.* iii. t. 15.
Red-headed Guinea Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 309. 117.

Habitat in *Africa*, *Aſia*; magnitudine *Alaudæ*.
Roſtrum rubrum: *cera* cinerea: *irides* cæruleſcentes: *rectrices* 2 intermediæ totæ, reliquæ apice virides: *pedes* griſei.
Femina capite anteriore rubro minus vivido, marginibus alarum luteis.

144. malaccenſis. Pſ. viridis, fronte uropygioque cæruleis, tectricibus alarum inferioribus rubris.
Petite Perruche de Malacca, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 212.
Blue-rumped Parrakeet, *Lath. Syn. Sup.* p. 66.

Habitat in *Malacca*; magnitudine præcedentis.
Roſtrum violaceo-griſeum: *irides* rubræ: *pedes* fuſci.

145. cervicalis. Pſ. viridis, fronte lunula cervicis collo ſubtus pectoreque coccineis.
Red-naped Parrakeet, *Lath. Syn. Sup.* p. 66.

Magnitudo præcedentis.
Cauda tota viridis. *Muſ. D. Davies.*

146. aſiaticus. Pſ. viridis, roſtro pileo dorſoque poſtico fulvis, remigibus rectricibuſque ſubtus cæruleo-viridibus, orbitis pedibuſque incarnatis.
Pſitt. indica, *Briſ.* iv. p. 390. 86.—*Id.* 8vo. ii. p. 149.—*Gmel. Syſt.* i. p. 349.
Pſitt. minimus, fronte et dorſo inferiore rubris, *Ger. Orn.* ii. p. 21. t. 134.
Red and green indian Parrot, *Edw.* t. 6.—*Lath. Syn.* i. p. 311. 118.

Habitat in *India*; magnitudine præcedentis.—5 pollices longus.
Roſtrum aurantium: *tectrices caudæ* ſuperiores rubræ.

147. vernalis. Pſ. læte viridis, alis praſinis, uropygio caudæque pagina ſuperiore ſanguineis, roſtro pedibuſque pallidis.

Pſittacus

Digitized by Google

Pſittacus vernalis, *Muſ. Carlſ.* faſc. ii. 29.

Magnitudo præcedentium.—$5\frac{1}{2}$ pollices longus.

Roſtrum rubicundum: *tectrices* alarum ſaturatiſſime virides: *remiges* praſinæ: *uropygium* ſanguineum: *cauda* ſuperius ſanguinea, inferius cærulea, reliqua corporis pallide viridia.

148. Galgulus. Pſ. viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice cæruleo, lunula cervicis lutea, tectricibus caudæ rubris.

Pſitt. Galgulus, *Lin. Syſt.* i. p. 150.—*Muſ. Adolph. Fr.* ii. p. 16.—*Amæn. Ac.* iv. p. 236.—*Gmel. Syſt.* i. p. 349.—*Oſb. It.* 101.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 95. 19.

Pſittacula malaccenſis, *Briſ.* iv. p. 386. 84.—*Id.* 8vo. ii. p. 148.

Petite Perruche de Luçon, *Son. Voy.* p. 76. t. 33. fig. inf.

La Perruche à tête bleue, *Buf.* vi. p. 162.

Petite Perruche de Perou, *Pl. Enl.* 190. f. 2.

Sapphire-crowned Parrakeet, *Edw.* t. 293. f. 2.—*Lath. Syn.* i. p. 312. 119.

Habitat in *inſulis Philippinis.*—5 pollices longus; pede altero ſuſpenſus dormit.

Roſtrum et *pedes* griſei: *remiges* ſubtus cæruleæ, excepto margine exteriore: *rectrices* ſubtus cæruleſcentes: *jugulum* ſanguineum, qui tamen color, prout cæruleus verticis, in femina deeſt.

β. Pſ. viridis, capite viridi-luteſcente, fronte collo ſubtus tectricibuſque caudæ rubris, nucha lunula flava.

Pſitt. philippenſis, *Briſ.* iv. p. 392. 87. t. 30. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 150. *Gmel. Syſt.* i. p. 349.

Le Coulaciſſi, *Buf.* vi. p. 169.

Perruche des Philippines, *Pl. Enl.* 520. f. 1. 2.

Philippine Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 311. 119.

Habitat cum præcedente, cujus mera varietas.

Roſtrum et *pedes* rubri: *tectrices* caudæ rectricibus fere æquales.

Feminæ collum nuchaque tota viridia: macula *genarum* cæruleſcens.

149. Anaca. Pſ. viridis, ſubtus ruſo-fuſcus, pileo caſtaneo, gula cinerea, macula dorſali caudaque pallide fuſcis, margine alarum rubra.

Pſittacus Anaca, *Gmel. Syſt.* i. p. 349.

Pſittacula braſilienſis fuſca, *Briſ.* iv. p. 403. 93.—*Id.* 8vo. ii. p. 153.

Digitized by Google

Anaca, *Raii Syn.* p. 35. 8.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* p. 117. ch. 4. N° 8.
Cheſnut-crowned Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 314. 120.

Habitat in *Braſilia*, *Guiana*, ubi valde communis; magnitudine *Alaudæ*.
Roſtrum et *orbitæ* fuſcæ: *pedes* nigricantes.

150. purpuratus. Pſ. viridis, vertice cerviceque cinereis, dorſo poſtico margineque alarum cæruleis, rectricibus lateralibus purpureis apice nigris.
Pſ. purpuratus, *Gmel. Syſt.* i. p. 350.
Purple-tailed Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 315. 121.

Habitat in *Cayana*.—8 pollices longus.
Roſtrum flaveſcens: *humeri* fuſci: *rectrices* 2 intermediæ virides, nigro punctatæ, omnes apice quadratæ.

151. canus. Pſ. viridis, capite colloque ſubtus viridi-griſeis, cauda rotundata, faſcia lata nigra.
Pſittacus canus, *Gmel. Syſt.* i. p. 350.
Pſittacula madagaſcarienſis, *Briſ.* iv. p. 394. 68. t. 30. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 151.
Perruche à tête griſe, *Buf.* vi. p. 171.
Petite Perruche de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 791. f. 2.
Grey-headed Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 315. 122.

Habitat in *Madagaſcaria* et *St. Mauritio*.—5½ pollices longus.
Roſtrum griſeum: *pedes* cani. *Femina* capite viridi.

152. melanopterus. Pſ. pallide viridis, dorſo aliſque nigris, remigibus ſecundariis luteis apice cæruleis, rectricibus purpureis faſcia nigra.
Pſitt. melanopterus, *Gmel. Syſt.* i. p. 350.
Perruche à ailes variées, *Buf.* vi. p. 172.
Petite Perruche de Batavia, *Pl. Enl.* 791. f. 1.
——————— de Luçon, *Son. Voy.* p. 78. t. 41.
Black-winged Parrakeet, *Brown Ill.* t. 8.—*Lath. Syn.* i. p. 316. 123.

Habitat in *Luzonia*, *Batavia*.
Roſtrum et *pedes* ſordidi: *rectrices* apice cuneatæ, duæ intermediæ unicolores: tectrices inferiores rectricibus longitudine fere æquales.

153. capenſis. Pſ. viridis, alis ſupra cæruleo variis, ſubtus cæruleis, roſtro pedibuſque rubeſcentibus.

Pſittacus

Digitized by Google

Pſittacus capenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 350.
Perruche à ailes bleues, *Buf.* vi. p. 173.
Petite Perruche du Cap de Bonne Eſperance, *Pl. Enl.* 455. f. 1.
Blue-winged Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 317. 124.

Habitat ad *Caput Bonæ Spei*, *Aſia.*—4½ pollices longus.
Variat macula cervicis cærulea, *pedibus* flavis.

154.
torquatus. Pſ. viridis, faſcia nuchæ luteſcente nigro undulata.
Pſitt. torquatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 351.
Petite Perruche à collier de Luçon, *Son. Voy.* p. 77. t. 39.
Perruche à collier, *Buf.* vi. p. 173.
Collared Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 317. 125.

Habitat in *inſulis Philippinis*; magnitudine *Pullarii.*
Roſtrum, *irides*, et *pedes* griſea.
Feminæ occiput cyaneum, ſtriis tranſverſis nigris.

155.
minor. Pſ. viridis, pileo tectricibuſque caudæ coccineis, pectore cæruleo.
Pſittacus minor, *Gmel. Syſt.* i. p. 351.
Petite Perruche de Luçon, *Son. Voy.* p. 77. t. 4.
Perruche à ailes noires, *Buf.* vi. p. 174.
Luzonian Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 318. 126.

Habitat in *Luzonia*; præcedente minor. Pede altero ſuſpenſus dormit. *Roſtrum*, *irides*, et *pedes* flava.
Feminæ capiſtrum et *pectus* rubrum: *cervix* macula rubra.

156.
paſſerinus. Pſ. luteo-virens, macula alarum uropygio aliſque ſubtus cæruleis.
Pſitt. paſſerinus, *Lin. Syſt.* i. p. 150. 47.—*Muſ. Ad. Fr.* i. p. 14.—*Id.* ii. p. 16.—*Gmel. Syſt.* i. p. 342.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 95. 17.
Pſittac. braſil. uropygio cyaneo, *Briſ.* iv. p. 384. 83.—*Id.* 8vo. ii. p. 147.
Tuiete, *Raii Syn.* p. 34. 6.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* 116. ch. 14. p. 6.
Short-tailed yellowiſh green Parrakeet, *Bancr. Guian.* p. 162.
Leaſt blue and green Parrakeet, *Edw.* t. 235.—*Lath. Syn.* i. p. 319. 127.

Habitat in *Braſilia* et *Guiana*; *Paſſeris* magnitudine.—4 pollices longus.
Roſtrum, *cera*, *orbitæ*, *pedes* aurantia: *remiges* ſubtus, et *tectrices* alarum primariæ cæruleæ.

Pſ. viridis,

Digitized by Google

157. Toui. Pſ. viridis, gula macula parva pallide fulva, tectricibus alarum macula caſtanea viridi-aureo varia.
Pſittacus Tovi, *Gmel. Syſt.* i. p. 351.
Pſittacula gutture luteo, *Briſ.* iv. p. 396. 89. t. 30. f. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 151.
Toui à gorge jaune, *Buf.* vi. p. 280.
Petite Perruche à gorge jaune, *Pl. Enl.* 190. f. 1.
Yellow-throated Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 319. 128.

HABITAT in *America?*—6½ pollices longus. *Pedes* griſei.

158. Tirica. Pſ. viridis, roſtro incarnato, pedibus cæruleſcentibus.
Pſittacus Tirica, *Gmel. Syſt.* i. p. 351.—*Raii Syn.* p. 34. 3.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* p. 116.—*Buf.* vi. p. 281.
Pſittacula braſilienſis, *Briſ.* iv. p. 382. 81.—*Id.* 8vo. ii. p. 147.
La petite Jaſeuſe, *Pl. Enl.* 837.
Green Parrakeet, *Brown Jam.* p. 473.—*Lath. Syn.* i. p. 320. 129.

HABITAT in *Braſilia, Jamaica*; magnitudine *Pullarii.*

159. Soſove. Pſ. viridis, macula alarum tectricumque flava, roſtro pedibuſque griſeis.
Pſittacus Soſove, *Gmel. Syſt.* i. p. 352.
Soſové, *Buf.* vi. p. 280.
Petite Perruche de Cayenne, *Pl. Enl.* 456. f. 2.
Cayenne Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 320. 130.

HABITAT in *Cayana, Guiana.*

160. Tui. Pſ. viridis, fronte aurantia, orbitis flavis, roſtro nigro.
Pſittacus Tui, *Gmel. Syſt.* i. p. 352.
Pſittacula braſilienſis icterocephalos, *Briſ.* iv. p. 398. 90.—*Id.* 8vo. ii. p. 152.
Tui, Spec. 4ta. *Raii Syn.* p. 34. 4.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* p. 116.
Le Toui à tête d'or, *Buf.* vi. p. 284.
Petite Perruche de l'iſle de St. Thomas, *Pl. Enl.* 456. 1. (Var.)
Gold-headed Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 321.

HABITAT in *Braſilia*; magnitudine *Sturni.*
Variat *capitis* flavedine pallidiore, et *roſtro* rubro.

161. erythrochlorus. Pſ. viridis criſtatus, occipite alis caudaque rubris.
Pſittacus erythrochlorus, *Gmel. Syſt.* i. p. 352.

Pſittacula

Digitized by Google

Pſittacula criſtata, *Briſ.* iv. p. 404. 94.—*Id.* 8vo. ii. p. 154.
Pſitt. erythrochl. criſtatus, *Raii Syn.* p. 34. 4.—*Will.* p. 78.
Creſted red and green Parrakeet, *Will. (Angl.)* p. 116. 3.—*Lath. Syn.* i. p. 321. 132.

Magnitudo *Merulæ.*—*Irides* rubræ: *criſta* pennis ſex conſtat, tribus majoribus.

162.
mexicanus. Pſ. ruber, fronte criſtata, tectricibus alarum purpuraſcentibus, gula flavâ, remigibus viridibus albo marginatis.
Pſittacus mexicanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 352.
——————— criſtatus, *Briſ.* iv. p. 405. 95.—*Id.* 8vo. ii. p. 154.—*Ger. Orn.* ii. p. 21. t. 131.
——— collo rubro, plumis in capite purpureis, *Klein. Av.* p. 25. 22.
Avis de cocho Pſittaci ſpecies, vario colore, *Seb.* i. p. 94. t. 59. f. 2.
Creſted mexican Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 322. 133.

Habitat in *Mexico.* Magnitudo præcedentis.—7 pollices longus.
Roſtrum flavum: *pedes* cinerei: *orbitæ* albæ: *femora* cæruleſcentia.

Genus VI. RAMPHASTOS.

Roſtrum maximum, inane, convexum, extrorſum ſerratum; *mandibula* utraque apice incurva.
Nares pone roſtri baſin.
Lingua pennacea.
Pedes ſcanſorii.

1.
Toco. R. nigricans, collo ſubtus uropygioque albis, orbitis lunula pectoris criſſoque rubris.
Ramphaſtos Toco, *Gmel. Syſt.* i. p. 356.
Le Toco, *Buf.* vii. p. 117.—*Pl. Enl.* 82.—*Lath. Syn.* i. p. 325. 1. t. 9.

Habitat in *Cayana.*—10 pollices longus.
Roſtrum luteo-rubrum baſi nigrum, mandibulæ ſuperioris apice nigro.

2.
dicolorus. R. nigricans, pectore abdomine criſſo uropygioque rubris, gula lutea.
Ramphaſtos dicolorus, *Lin. Syſt.* i. p. 152. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 356.

Tucana cayanenſis, gutture luteo, *Briſ.* iv. p. 411. 2. t. 31. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 157.
Toucan à gorge jaune, *Buf.* vii. p. 118.—*Pl. Enl.* 269.
Yellow-throated Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 325. 2.

HABITAT in *Cayana.*—17 pollices longus.
Roſtrum olivaceum, baſi nigrum, mandibularum margine rubro: *genæ* ſulphureæ: *jugulum* aurantium, margine ſulphureo.

3.
Tucanus. R. nigricans, faſcia abdominali criſſo uropygioque flavis.
Ramphaſtos Tucanus, *Lin. Syſt.* i. p. 151. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 355.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 97. 1. t. 6.
Tucana braſilienſis gutture luteo, *Briſ.* iv. p. 419. 5. t. 32. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 160.—*Ger. Orn.* ii. p. 61. t. 203.
Toucan furin. niger ex albo, flavo, rubro mixtus, *Pet. Gaz.* t. 44. f. 13.
Toucan à gorge jaune du Breſil, *Buf.* vii. p. 119.—*Pl. Enl.* 307.
Yellow-breaſted Toucan, *Edw.* t. 329.—*Lath. Syn.* i. p. 326. 3.

HABITAT in *America auſtrali.*—19 pollices longus.
Roſtrum nigrum baſi griſeum: *collum* ſubtus et *genæ* aurantiæ: faſcia abdominalis et criſſum in rubrum colorem vergunt: *uropygium* ſulphureum: *pedes* plumbei.

4.
piſcivorus. R. nigricans, faſcia abdominali criſſoque rubris, genis jugulo pectore uropygioque albidis.
Ramphaſtos piſcivorus, *Lin. Syſt.* i. p. 151. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 355.
Tucana braſilienſis gutture albo, *Briſ.* iv. p. 413. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 158.
Xochitenacatl tertia, *Raii Syn.* p. 178. 6.
Toucan, or braſilian Pye, *Edw.* t. 64.—*Bancr. Guian.* p. 163.
Braſilian Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 327. 4.

HABITAT in *America auſtrali.*—21 pollices longus.
Roſtrum viridi-flaveſcens, apice coccineo: *mandibula* inferiore cærulea: *orbitæ* vireſcentes: *irides* avellaneæ: *pedes* cæruleſcentes.

5.
erythrorynchos. R. nigricans, genis colloque ſubtus albis, faſcia pectoris criſſoque coccineis, uropygio ſulphureo.
Ramphaſtos erythrorhynchos, *Gmel. Syſt.* i. p. 355.
Tucana cayanenſis gutture albo, *Briſ.* iv. p. 416. 4. t. 31. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 159.
Toucan à gorge blanche, Tocan, *Pl. Enl.* 262.—*Buf.* vii. p. 120.

Groſſer

Groſſer Toucan, *Wirſing. Vog.* t. 42.
Red-beaked Toucan, *Edw.* t. 258.—*Lath. Syn.* i. p. 328. 5.

Habitat cum præcedentibus; magnitudine *Piſcivori.*
Roſtrum rubrum, baſi dorſoque flavum: *orbitæ* cæruleſcentes: *pedes* plumbei.

6. picatus. R. nigricans, pectore luteo, criſſo rectricumque apicibus rubris, uropygio nigro.
Ramphaſtos picatus, *Lin. Syſt.* i. p. 152. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 356.
Tucana, *Briſ.* iv. p. 408. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 156.
Pica braſilica Aldr. *Raii Syn.* p. 44. 1.—*Will.* p. 88. t. 20.
Naſutus ſimpliciter, *Klein. Av.* p. 38. 1.
Toucan à ventre rouge, *Buf.* vii. p. 122.
Braſilian Pye, or Toucan, *Alb.* ii. t. 25.—*Will. (Angl.)* p. 128. t. 20.
Preacher Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 329. 6.

Habitat in *Guiana, Braſilia.*—20½ pollices longus.
Roſtrum vireſcens, apice rubicundum: *abdomen* rubrum: *rectrices* apice rubræ.

7. torquatus. R. ſupra niger, collo ſubtus albido, abdomine viridi poſtice rubro, torque rubro.
Pſittacus torquatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 354.
Tucana mexicana torquata, *Briſ.* iv. p. 421. 6.—*Id.* 8vo. ii. p. 161.
Cochitenacatl, *Fern. Hiſt. N. Hiſp.* p. 46. ch. 1. 60.
Le Cochicat, *Buf.* vii. p. 124.
Collared Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 330. 7.

Habitat in *Mexico,* circa maris littora.—18 pollices longus.
Roſtri mandibula ſuperior albicans, inferior nigra: *irides* rubro-flavæ: *caput collum*que nigra: *collum* anterius albidum maculis rubris lineiſque nigris: *criſſum* rubrum: *femora* purpurea.

8. pavoninus. R. toto corpore viridi rubro pavoninoque colore variegatus, roſtro luteo nigroque vario.
Ramphaſtos pavoninus, *Gmel. Syſt.* i. p. 353.
Tucana mexicana viridis, *Briſ.* iv. p. 423. 7.—*Id.* 8vo. ii. p. 161.
Xochitenacatl, *Fern. Hiſt. N. Hiſp.* p. 51. c. 187.
Hochicat, *Buf.* vii. p. 125.
Pavonine Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 331. 8.

Habitat in *Mexico* maritimis; *Dicolori* magnitudine.

Digitized by Google

9. viridis. R. viridis, abdomine flavo, uropygio rubro.
Ramphaſtos viridis, *Lin. Syſt.* i. p. 150. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 353.
Tucana cayanenſis viridis, *Briſ.* iv. p. 423. 8. t. 33. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 162.
Toucan verd de Cayenne, *Pl. Enl.* 727. 728.—*Buf.* vii. p. 127.
Yellow-breaſted Toucan, *Edw.* t. 329.
Green Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 331. 9.

HABITAT in *Cayana*.—14 pollices longus.
Mandibula inferior nigra, baſi rubra, ſuperior ſupra flava, ad latera rubra, linea media nigra, *dentibus* albis: *orbitæ* nudæ et *irides* flavæ: *pedes* plumbei: *cauda* cuneiformis: *caput* et *collum mari* nigra, *feminæ* caſtanea.

10. glaber. R. corpore viridi, ſubtus vireſcente-flavo, capite colloque caſtaneis, uropygio rubro, roſtro lateribus glabro.
Smooth-billed Toucan, *Lath. Syn. Sup.* p. 67.

HABITAT in *Cayana*; magnitudine præcedentis.—12 pollices longus.
Roſtrum fuſcum, toto glabrum, lateribus abſque ſerraturis; *mandibula* inferiore nigra: *femora* viridia. An varietas præcedentis?

11. Aracari. R. viridis, macula aurium caſtanea, faſcia abdominali criſſo uropygioque rubris, abdomine flavo.
Ramphaſtos Aracari, *Lin. Syſt.* i. p. 151. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 354.
Tucana braſilienſis viridis, *Briſ.* iv. p. 426. 9. t. 33. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 162.—*Ger. Orn.* ii. p. 61. t. 204.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 98. 3.
Aracari, *Raii Syn.* p. 44. 2.—*Will.* p. 96. t. 22.—*Id. (Angl.)* p. 140.
Grigri, *Buf.* vii. p. 126.
Toucan verd du Breſil, *Pl. Enl.* 166.
Der kleine Toucan, *Wirſing. Vog.* t. 41.
Aracari Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 332. 10.

HABITAT in *Braſilia, Surinamo, Cayana*.—Ultra 16 pollices longus.
Roſtri mandibula ſuperior dorſo apiceque nigra, lateribus albicans, baſi triloba ad nares, arcu albo ad radicem; inferior nigra: *caput, alæ, cauda*que nigra: *pectus* et *abdomen* flava coccineaque cum macula nigra ſubrotunda in medio pectore, ſimiliſque macula tranſverſalis ad initium ventris.

12. piperivorus. R. viridis antice niger, macula aurium aurea, lunula cervicis aurantia, criſſo femoribuſque rubris.

Ramphaſtos

Digitized by Google

Ramphaſtos piperivorus, *Lin. Syſt.* i. p. 150. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 353. —*Borowſk. Nat.* ii. p. 97. 2.
Tucana cayanenſis torquata, *Briſ.* iv. p. 429. 10. t. 32. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 163.
Koulik, *Buf.* vii. p. 128.
Toucan à collier de Cayenne, *Pl. Enl.* 577. *Mas.*
——— à ventre gris ——— ——— 729. *Femina.*
Green Toucan, *Edw.* t. 330. *Mas.*
Piperine Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 334. 11.

HABITAT in *Cayana.*—13 pollices longus.

Roſtrum nigrum baſi rubrum: *orbitæ* incarnatæ aut cæruleſcentes: *caput, collum,* et *pectus* nigra: *cauda* cuneiformis, ſubtus fuſca, apice caſtaneo: *pedes* plumbei.

Femina ſubtus griſea, *cervice* fuſca: lunula cervicis pallide aurantia, in quibuſdam obſoleta.

13. luteus. R. flaveſcens, lateribus colli utrinque ſtriga longitudinali nigra, cauda et alis albo nigroque variis, tectricibus alarum minoribus flavis.
Ramphaſtos luteus, *Gmel. Syſt.* i. p. 356.
Tucana lutea, *Briſ.* iv. p. 432. 11.—*Id.* 8vo. ii. p. 164.
Alia Xochitenacatl, *Will.* p. 298.—*Id. (Angl.)* p. 386.
Aracari à bec noir, *Buf.* vii. p. 130.
Black-billed Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 335. 12.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine *Columbæ.*
Roſtrum nigrum: *irides* flavæ: *pedes* fuſci.

14. cæruleus. R. cæruleus cinereo variegatus, roſtro corpore longiore, iridibus fulvis.
Ramphaſtos cæruleus, *Gmel. Syſt.* i. p. 357.
Tucana cærulea, *Briſ.* iv. p. 433. 12.—*Id.* 8vo. ii. p. 165.
L'Aracari bleu, *Buf.* vii. p. 131.
Xochitenacatl, *Fern. Hiſt.* p. 47. ch. 146.—*Johnſt.* 126. 157. t. 56.—*Nieremb.* p. 209.
Blue Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 335. 13.

HABITAT in *Mexico* maritimis; *Columbæ* magnitudine.

15. dubius. R. gutture cæruleo.
Ramphaſtos dubius, *Gmel. Syſt.* i. p. 357.
Blue throated Toucan, *Lath. Syn.* i. p. 336. 14.

Digitized by Google

Genus VII. MOMOTUS.

Roſtrum validum, incurvatum, lateribus dentatum.
Nares tectæ.
Lingua pennacea.
Cauda cuneiformis.
Pedes greſſorii.

1. braſilienſis. M. viridis, fronte cæruleo-viridi, occipite violaceo, vertice et ſtriga per oculos nigris, rectricibus duabus intermediis longioribus.
Ramphaſtos Momota, *Lin. Syſt.* i. p. 152. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 357.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 98. 4.
Momotus, *Briſ.* iv. p. 465. t. 35. f. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 175.
Momot, *Raii Syn.* p. 164.—*Will.* p. 298.—*Id. (Angl.)* p. 386.
Iſpidæ ſeu Meropi affinis, Guira Guainumbi, *Raii Syn.* p. 49. 5.—*Will.* p. 103. t. 24.—*Id. (Angl.)* p. 148.
Le Houtou, ou Momot, *Buf.* vi. p. 430. t. 20.—*Pl. Enl.* 370.
Braſilian ſaw-billed Roller, *Edw.* t. 328.
Braſilian Motmot, *Lath. Syn.* i. p. 338. t. 10.

Habitat in *Braſilia.* Magnitudo *Merulæ.*—18 pollices longus.
Roſtrum nigricans baſi carneum: ad pectus pennæ aliquot nigræ lateribus cæruleæ: *cauda* cuneiformis; *rectrices* 2 intermediæ reliquis longiores, et in quibuſdam hæ prope apicem ad duos digitos plumis carent.

β. Momotus varius, *Briſ.* iv. p. 469.—*Gmel. Syſt.* i. p. 357.
Yayauhquitotl, *Raii Syn.* p. 167. 19.—*Will.* p. 298.—*Id. (Angl.)* 386.
Variegated Motmot, *Lath. Syn.* i. p. 340. A.

A primo differt corpore viridi, fulvo, cæruleo, cinereoque variegato.

Genus

Digitized by Google

Genus VIII. SCYTHROPS.

Roſtrum magnum, convexum, cultratum, apice adunco.
Nares rotundatæ, nudæ, ad baſin roſtri.
Lingua cartilaginea, apice bifida.
Pedes ſcanſorii.

1. novæ Hollandiæ. Scythrops.
Pſittaceous Hornbill, *Phyll. Bot. Bay*, t. p. 165.

Habitat in *nova Hollandia*; magnitudine *Corvi.*—2 ped. 3 poll. long. *Roſtrum* convexum, dorſo carinatum, lateribus longitudinaliter ſulcatum, margine glabrum, apice incurvo: *nares* ad baſin ſitæ, ovatæ, rugoſæ, rubræ: *orbitæ* nudæ, ſimiliter rugoſæ ſ. carunculatæ, rubræ: *lingua* roſtro tertia parte brevior, apice bifida: *caput*, *collum*, et *corpus* ſubtus teſtaceo-cinerea ſ. pallide griſea: *dorſum*, *alæ*, *cauda* plumbeo-cinerea, pennis apice nigris: *cauda* cuneiformis, *rectricibus* decem, prope apicem faſcia lata nigra, apice extremo albo, lateralibus a baſi ad medium intus albo nigroque faſciatis: *pedes* breviuſculi, ſquammoſi, cæruleo-nigricantes, digitis duobus anticis, totidemque poſticis, unguibus aduncis nigris.

Remex exterior ſecunda dimidio brevior, at tertia reliquis longior; alæ complicatæ ultra mediam caudæ longitudinem pertingunt.

Genus IX. BUCEROS.

Roſtrum convexum, cultratum, magnum, pleriſque extrorſum ſerratum; frontis calvaria nuda, oſſeo-gibboſa.
Nares pone roſtri baſin.
Lingua acuta, brevis.
Pedes greſſorii.

1. Rhinoceros. B. cornu mandibulari frontis recurvato, corpore nigro, abdomine infimo uropygio criſſoque albis, cauda alba faſcia nigra.
Buceros Rhinoceros, *Lin. Syſt.* i. p. 153. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 360.—*Klein.*

Digitized by Google

Klein. Av. p. 38. 2.—*Hiſt. Sumatr.* p. 99.—*Bont. Jav.* 63. t. 64.—*Olear. Muſ.* t. 15. f. 4.—*Beſl. Muſ.* t. 20.—*Raii Syn.* p. 40. 8.—*Will.* p. 86. t. 17. (caput.)

Hydrocorax indicus, *Briſ.* iv. p. 571. 4.—*Id.* 8vo. ii. p. 205.

Le Calao Rhinoceros, *Buf.* vii. p. 161.—*Pl. Enl.* 934. *(caput.).*

Topau, *Borowſk. Nat.* ii. p. 98. t. 7.

Horned Indian Raven, or Rhinoceros Bird, *Will. (Angl.)* p. 127.—*Edw.* t. 281. B. *(caput.)*

Rhinoceros Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 342. 1.—*Id. Sup.* p. 69.

HABITAT in *Philippinis* inſulis, *Java, Sumatra.* Victitat muribus, cadaveribus; venatores concomitans exenterata inteſtina ingurgitatura.

Avis tota 3-4 ped. longa.—*Roſtrum* flavicans, 10½ pollices longum; *mandibula* ſuperior baſi rubra, inferior nigra: *cornu* recurvum 8 pollices longum, albo nigroque varium: *irides* rubræ, in pullis albidæ: *pedes* griſei: cornu frontale recurvum, at niſi in adultioribus, obſoletum, vel incompletum.

2.
galeatus. B. roſtro conico, baſi mandibulæ ſuperioris ſupra maxime gibboſa, ſubquadrata.

Buceros galeatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 360.

Calao à caſque rond, *Buf.* vii. p. 159.—*Pl. Enl.* 933.

Helmet Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 343. 2.—*Edw.* t. 281. f. C.

HABITAT in *Aſia.*—*Roſtrum* 8 pollices longum, plurimam partem rubrum.

De colore *corporis* hujus avis authores tacent. In meo ſpecimine pennæ baſin roſtri cingentes nigræ.

3.
bicornis. B. fronte oſſea plana antrorſum bicorni, corpore nigro, ſubtus maculaque remigum alba, rectricibus 10 intermediis nigris.

Buceros bicornis, *Lin. Syſt.* i. p. 153. 1.—*Amæn. Ac.* iv. p. 237.—*Gmel. Syſt.* i. p. 358.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 99. 2.

Hydrocorax philippenſis, *Briſ.* iv. p. 568. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 203.

Rhinoceros avis prima varietas, *Will.* t. 17. *(caput.)*

Calao avis, *Petiv. Gaz.* t. 31. f. 1. *(roſtrum.)*—*Id.* t. 28. f. 6.—*Buf.* vii. p. 157.

Philippine Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 345. 3.

HABITAT in *Philippinis* inſulis; magnitudine *Gallinæ.*

Roſtrum rubicundum, 9 pollices longum, mandibula inferiore baſi nigra: *pedes* vireſcentes.

A. Calao,

Digitized by Google

A. Calao, vel Cagao, *Phil. Tranſ.* xxiii. p. 1394. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 358.—*Lath. Syn.* i. p. 345. A.

Variat *roſtro* cinnabarino, *iridibus* albis, *capite* et *collo* rufis, *abdomine* nigro, *dorſo* et *uropygio* fuſco-cinereis.

4. abyſſinicus. B. roſtro nigro compreſſo, fronte gibboſa orbiculata cærulea, corpore nigro: remigibus primoribus albis, ſecundariis fulvo-fuſcis.
Buceros abyſſinicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 358.
Calao d'Abyſſinie, *Buf.* vii. p. 155.—*Pl. Enl.* 779.
Abyſſinian Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 347. 4.

Habitat in *Abyſſinia*.—Long. ped. 3. pollic. 2.
Roſtrum nigrum, 9 pollices longum, narium macula rubra, margine mandibularum albo, minime ſerrato: *gula* nuda, carunculata ut in *Gallopavone*, rubra.

5. africanus. B. niger ſubcriſtatus, fronte oſſea plana antrorſum ſubulata, corpore nigro, abdomine rectricibuſque apice albis.
Buceros africanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 359.
Hydrocorax africanus, *Briſ.* iv. p. 570. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 204.
Oiſeau Trompette, *Labat. Voy.* iv. p. 160. t. in p. 161.
Rhinoceros avis, *Beſl. Muſ.* p. 37. 7. t. 9. N° 7.—*Will.* t. 17. f. 2.
Brac, ou Calao d'Afrique, *Buf.* vii. p. 154.
African Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 348. 5.

Habitat in *Africa*; magnitudine *Gallopavonis*.
Roſtrum partim rubrum partim flavum, margine mandibularum nigro.

6. malabaricus. B. niger ſubcriſtatus, roſtro incurvato, fronte oſſea antrorſum cultrata, abdomine femoribus criſſo remigibus rectricibuſque lateralibus apice albis.
Buceros malabaricus, *Gmel. Syſt.* i. p. 359.
Calao de Malabar, *Buf.* vii. p. 149. t. 8.—*Edw.* t. 281. D. *(roſtrum.)*
Pied Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 349. 6. t. 11.

Habitat in *India*.—2 ped. 6 poll. ad 3 ped. longus.
Roſtrum flavicans, prominentia 4½ pollices longa, antice acuta, nigricans.

β. B. niger, roſtro incurvato, fronte oſſea antrorſum cultrata dimidiato nigra, abdomine criſſo femoribus macula ſuboculari rectricibuſque lateralibus 4 toto albis.

Calao des Philippines, *Pl. Enl.* 873.—*Buf.* vii. t. 8.—*Lath. Syn.* i. p. 350.

In hac varietate *rectrices* 4 intermediæ nigræ; cæteræ, excepta baſi, toto albæ. In quibuſdam rectrices 2 intermediæ nigræ, reliquæ per totam longitudinem albæ.

γ. B. niger roſtro incurvato, fronte oſſea ovata, gula abdomine remigibus rectricibuſque albis.
Calao de la côte de Coromandel, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 215. t. 121.
Pied Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 69.

HABITAT in *Coromandela*; magnitudine præcedentium.
Roſtrum album, baſi nigrum: prominentia roſtri ſuperioris nigra, poſtice lunula alba: *gula*, *abdomen* totum, *femora*, *remiges*, excepta baſi, alba: *rectrices* 2 intermediæ albæ, baſi nigræ, reliquæ toto albæ.

7. Hydrocorax. B. fronte oſſea plana antice mutica, poſtice tegens verticem rotundata, corpore fuſco, abdomine infimo flaveſcente, genis gulaque nigris albido marginatis.
Buceros Hydrocorax, *Lin. Syſt.* i. p. 153. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 359.—*Briſ.* iv. p. 566. 1. t. 45.—*Id.* 8vo. ii. p. 203.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 100. 3.
Corvus indicus Bontii, *Raii Syn.* p. 40. 7.—*Will.* p. 86. t. 17.
Corvus torquatus, &c. *Klein. Av.* p. 58. 2?
Calao des Moluques, *Buf.* vii. p. 147.—*Pl. Enl.* 283.
Corbeau des Indes de Bontius, *Buf.* iii. p. 41.—*Salern. Orn.* p. 91. 8. t. 9. f. 3.
Bontius's Indian Raven, *Will.* (*Angl.*) p. 126. 7.
Indian Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 351. 7.

HABITAT in *Moluccis*; domeſticata victitat *muribus*, *rattis*; ſylveſtris *nuce myriſtica* veſcitur, hinc caro delicioſa, aromatica.—Longitudo 2 ped. et 4 pollices.
Prominentia roſtri cinerea, poſterius albicans: *vertex* nigricans: *genæ* et *gula* nigra, arcu griſeo marginata: *corpus* ſupra fuſcum: *pectus* et *abdomen* nigricantia: *cauda* cinereo-albida: *pedes* fuſceſcentes.

8. panayenſis. B. roſtro compreſſo, fronte oſſea parum elevata cultrata, corpore nigro ſubtus fuſco-rubro, rectricibus flavo-fuſcis apice late nigris.
Buceros panayenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 360.

Calao

Calao à bec cizelé de l'iſle de Panay, *Son. Voy.* p. 122. t. 82. 83.—*Buf.* vii. p. 145.—*Pl. Enl.* 780. 781.
Panayan Hornbill. *Lath. Syn.* i. p. 353. 8.

HABITAT in inſula *Panay*; *Coracis* magnitudine.
Roſtrum longius, fuſcum, lateribus rugis 6 flaveſcentibus.
*Feminæ caput collum*que alba: *gula* late viridi-nigra.

9. manillenſis. B. roſtro plano ſupra carinato cultrato, corpore fuſco-nigricante, capite collo et ſubtus albeſcente, macula aurium nigra, rectricibus faſcia rufa.
Buceros manillenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 361.
Calao de Manille, *Buf.* vii. p. 144.—*Pl. Enl.* 891.
Manilla Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 354. 9.

HABITAT in inſula *Manilla*.—20 pollices longus.
Roſtrum minus arcuatum: *caput collum*que alba, fuſco undulata: macula aurium nigra: *cauda* nigra, medio faſcia rufeſcente.
Variat macula aurium ſub gula utrinque coeunte.

10. naſutus. B. fronte lævi, rectricibus baſi apiceque albis.
Buceros naſutus, *Lin. Syſt.* i. p. 154. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 361.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 100. 4.
Hydrocorax ſenegalenſis melanorynchos, *Briſ.* iv. p. 573. 5. t. 46. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 206.—*Pl. Enl.* 890.
Le Tock, *Buf.* vii. p. 141.
Crotophaga, *Forſk. Faun. Arab.* p. 2. 4.
Black-billed Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 354. 10.

HABITAT in *Senegala* et *Africæ* calidioribus.—20½ pollices longus.
Roſtrum nigrum, ad nares ſtriga flava: *corpus* griſeo-fuſcum, pennis margine pallidis: ſtriga ſuperciliaris alba ad nucham fere protenſa: *abdomen* griſeo-album: *rectrices* laterales medio nigricantes, baſi ad medium et apice albæ: *pedes* nigri.

β. B. roſtro rubro, corpore griſeſcente nigroque vario, ſubtus colloque albido, capite gulaque nigro lineatis, rectricibus lateralibus nigris apice albis.
Hydrocorax ſenegalenſis erythrorynchos, *Briſ.* iv. p. 575. 6. t. 46. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 207.
Crow, *Ives Voy.* p. 240.

Digitized by Google

Calao à bec rouge du Senegal, *Pl. Enl.* p. 260.—*Buf.* vii. p. 141.
Red-billed Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 355. A.

Habitat cum priore, cujus forte adulta avis.
Roſtrum et *pedes* rubri: *caput*, *collum*, et *corpus* ſubtus alba: *tectrices* alarum albo nigroque variæ.

11. albus. B. roſtro maxime incurvato nigro, corpore niveo, pedibus nigris.
Buceros albus, *Gmel. Syſt.* i. p. 361.
White Toucan, *Hawkeſw. Voy.* i. p. 123.
White Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 357. 11.

Captus inter inſulas *Tinian* et *Pulo-timoen*; magnitudine *Anſeris*.
Roſtrum maximum incurvum: *collum* gracilius, pedem longum.

12. plicatus. B. roſtro incurvo, fronte elevata ſeptemplicata, corpore nigro, rectricibus albis.
Buceros obſcurus, *Gmel. Syſt.* i. p. 362.
Indian Raven, *Will.* t. 78. *(Roſtrum.)*—*Damp. Voy.* iii. part 2. p. 165. t. 3.
Wreathed Hornbill, *Lath. Syn.* i. p. 358.—*Id. Sup.* p. 70.

Habitat in inſula *Ceram*, et *nova Guinea*; magnitudine *Corvi*.
Roſtrum 5-6 pollices longum, prominentia pollicem alta: mandibularum margo non ſerratus. In quibuſdam *collum* croceum.

β. B. vertice nigro, corpore griſeo nigroque nebuloſo, remigibus primoribus nigris apice albis, cauda nigra rectrice extima utrinque dimidiato-alba.
Wreathed Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 71. parag. 2.

Habitat in *Zeylona* inſula.
Roſtrum luteum quinqueplicatum, ad baſin mandibulæ inferioris macula nuda cæruleſcente: *pedes* validi, cæruleſcentes. An pullus *Plicati?*

13. ginginianus. B. roſtro compreſſo incurvato, fronte oſſea antrorſum ſubulata, corpore griſeo ſubtus albo, remigibus faſciaque rectricum intermediarum apice nigris.
Calao de Gingi, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 214. t. 121.
Gingi Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 71.

Habitat

HABITAT in *Coromandela.*—2 pedes longus.

Roſtrum a baſi ad medium cum appendice nigrum, hinc ad apicem album, margine mandibularum ſerrato: ſub oculis faſcia ovata nigra: rectrices laterales nigræ; faſcia ad apicem fuſca, albo terminata: *pedes* nigri.

14. orientalis. B. roſtro convexo carinato baſi gibboſiore, orbitis nudis rugoſis cinereis, corpore alis caudaque nigricantibus.

New Holland Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 72.

HABITAT in *nova Hollandia*; vix magnitudine *Garruli.*

Nares, prope baſin roſtri, perviæ.

15. griſeus. B. fronte oſſea antice declinata, poſtice truncata, corpore griſeo, vertice nigro, tectricibus alarum nigro variegatis, remigibus apice albis.

Grey Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 72.

HABITAT cum præcedente.

Roſtrum flavum, baſi macula nigra: ad canthum oculi cirrhus ſetaceus; pone oculum macula nuda cærulea.

16. viridis. B. fronte oſſea truncata, corpore nigro, alis vireſcentibus, rectricibus exterioribus baſi remigum abdomineque albis.

Green-winged Hornbill, *Lath. Syn. Sup.* p. 73.

Roſtrum flaveſcens: *pedes* cæruleſcentes: ad baſin mandibulæ inferioris macula nuda cæruleo-alba.

GENUS X. BUPHAGA.

Roſtrum rectum, ſubquadrangulare, mandibulis gibbis integris, extrorſum gibbioſioribus.

Pedes ambulatorii.

1. africana. Buphaga.

Buphaga africana, *Lin. Syſt.* i. p. 154. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 362.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 100.

Buphaga, *Briſ.* ii. p. 437. t. 42. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 279.

Pic-bœuf, *Buf.* iii. p. 175. t. 14.—*Pl. Enl.* 293.

African Beef-eater, *Lath. Syn.* i. p. 359. 1. t. 12.

Digitized by Google

Habitat in *Senegala*.—8¼ pollices longa.

Roſtrum flavicans apice rubro, in quibuſdam nigrum: *corpus* griſeo-fuſcum, ſubtus ſordide flavicans: *cauda* cuneiformis: *rectrices* 12 acutæ, griſeo-fuſcæ, lateralibus intus rufis.

Genus XI. CROTOPHAGA.

Roſtrum compreſſum, ſemiovatum, arcuatum, dorſo carinatum; mandibula ſuperiore margine utrinque angulata.
Nares perviæ.
Lingua compreſſa, apice ſubulata.
Pedes ſcanſorii.

1.
Ani. Cr. nigro-violacea, marginibus pennarum cupreo-viridi micantibus, remigibus rectricibuſque concoloribus.

Crotophaga Ani, *Lin. Syſt.* i. p. 154. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 362.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 101. t. 8.
Crotophagus, *Briſ.* iv. p. 177. t. 18. f. 2.—*Id.* 8vo. ii p. 92.—*Ger. Orn.* ii. p. 53. t. 190.
Cacalototl, *Raii Syn.* p. 168. 27?
Pſittaco congener Ani, *Raii Syn.* p. 35. 10.—*Id.* p. 185. 29.—*Will.* p. 81.—*Id. (Angl.)* p. 120.
Monedula tota nigra major, *Sloan. Jam.* p. 298. t. 256. 1.—*Brown. Jam.* p. 474.—*Klein. Av.* p. 64. 12.—*Id.* p. 55. 7.
Ani des Savanes, *Buf.* vi. p. 420.
Petit Bout-de-Petun, *Pl. Enl.* 102. f. 2.
Razor-billed Blackbird, *Cateſ. Car. App.* t. 3.
Leſſer Ani, *Lath. Syn.* i. p. 360. 1. t. 13.

Habitat in *America* auſtrali inſuliſque *Americam* ſpectantibus; gregatim nidificans, in eodem nido ampliſſimo ſæpe 50; victitans variis, imprimis *acaris, ricinis*, quos e dorſo bovium evellit.—Longitudo 13½ pollicum.

Corpus nigrum: *cauda* elongata, cuneiformis: mandibula ſuperior apice incurvata: *roſtrum* et *pedes* nigri.

2.
major. Cr. nigro-violacea marginibus pennarum viridibus, remigibus obſcure viridibus, cauda concolore.

Crotophaga

Digitized by Google

Crotophaga major, *Briſ.* iv. p. 180. t. 18. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 93.—
Gmelin. Syſt. i. p. 363.—*Ger. Orn.* ii. p. 54. t. 191.
Ani des Paletuviers, *Buf.* vi. p. 463. t. 19.—*Salern. Orn.* p. 73. 10.
Grand Bout-de-Petun, *Pl. Enl.* 102. f. 1.
Greater Ani, *Lath. Syn.* i. p. 362. 2.

Habitat cum præcedente, a quo, corpore multo majore excepto, vix differt.

3. varia. Cr. rufo nigroque varia.
Crotophagus varius indicus, *Ger. Orn.* ii. p. 54. t. 192.

Magnitudo *Cr. Ani.*—11 pollices longa.

Roſtrum nigrum, incurvatum, minus validum quam in congeneribus: *caput*, *collum* inferius, et *pectus* nigrum: *tectrices* alarum mediæ et majores, *cauda*que elongata nigra: reliquum corpus fulvo-rufum: *pedes* fulvo-fuſci.

Verſaliæ olim vivebat hæc avis, ubi depicta fuit, atque ſub *Pici indici* nomine demonſtrata, et *Florentiam* imagine miſſa. *Gerini.*

4. ambulatoria. Cr. pedibus ambulatoriis.
Crotophaga ambulatoria, *Lin. Syſt.* i. p. 155. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 363.
—*Borowſk. Nat.* ii. p. 102. 2.
Walking Ani, *Lath. Syn.* i. p. 363.

Habitat in *Surinamo*; ſimillima *Cr. Ani*, etiam rectricibus 10, ſed *pedes* minime ſcanſorii.—Dubia ſpecies?

Genus XII. CALLÆAS.

Roſtrum incurvatum, fornicatum, mandibula ſuperiore longiore: ad baſin maxillæ inferioris *paleare* carunculatum.
Nares depreſſæ, membrana ſubcartilaginea ſemitectæ.
Lingua ſubcartilaginea, apice ſerrato-bifida, ciliata.
Pedes ambulatorii.

1. cinerea. Callæas.
Glaucopis cinerea, *Gmel. Syſt.* i. p. 363.
Cinereous Wattle-bird, *Lath. Syn.* i. p. 364. 1. t. 14.

Habitat.

Habitat in *nova Zealandia*; magnitudine *Garruli*.—15 pollices longa.—In terra ambulans, rarius arboribus inſiſtens; victitat variis.—Vox fiſtulans, vel murmurans, haud ingrata: caro ſapidiſſima.

Roſtrum nigrum: ad baſin mandibulæ inferioris paleare cæruleo-aurantium: *irides* egregie cæruleæ: *corpus* cinereum: *facies* nigra: *cauda* cuneiformis rectricibus 12: *pedes* elongati, nigricantes, ungue poſtico reliquis longiore.

Genus XIII. CORVUS.

Roſtrum convexum, cultratum, dente utrinque verſus apicem.
Nares pennis ſetaceis recumbentibus obtectæ.
Lingua cartilaginea, bifida.
Pedes ambulatorii.

1.
Corax. C. ater, dorſo cærulefcente, cauda ſubrotunda.

Corvus Corax, *Lin. Syſt.* i. p. 155. 2.—*Faun. Suec.* N° 85.—*Gmel. Syſt.* i. p. 364.—*Scop. Ann.* i. N° 45.—*Brun.* N° 27.—*Muller*, p. 11.—*Kram. El.* p. 333.—*Georgi.* p. 164.—*Faun. Arag.* p. 72.—*Faun. Groenl.* N° 38.—*Phil. Tranſ.* lvii. p. 347.—*Ger. Orn.* ii. p. 32. t. 140.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 103. 3.

Corvus, *Briſ.* ii. p. 8. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 156.—*Raii Syn.* p. 39. A. 1.—*Will.* p. 82. t. 8.—*Friſch.* t. 63.—*Klein. Av.* p. 58. 1.—*Schæff. El.* t. 30.

Il Corvo reale, *Cet. uc. Sard.* p. 69.

Corbeau, *Buf.* iii. p. 13. t. 2.—*Pl. Enl.* 495.—*Kolb. Cap.* ii. p. 146?

Rabe, *Gunth. Neſt. und Eyer.* t. 71.

Raven, *Br. Zool.* i. p. 218. 74.—*Id.* fol. p. 75.—*Arct. Zool.* ii. N° 134.—*Ruſſ. Alep.* p. 69.—*Alb.* ii. t. 20.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 33.—*Id.* t. vi. f. i. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 367. 1.—*Id. Sup.* p. 74.

Habitat in *Europa* paſſim, *Aſia* boreali, et *America* ſeptentrionali, forte in *Africa*.—2 pedes longus.—Avis omnibus ſatis nota; carnivora, cadaveribus imprimis victitans.

Ovum ſordide cæruleo-viride, crebris maculis nigricantibus.

β. Corvus varius, *Briſ.* ii. p. 12.—*Id.* 8vo. i. p. 157.

Cacalotl,

Digitized by Google

Cacalotl, *Fern. Hiſt. N. Hiſp.* p. 48.
Pied Raven, *Lath. Syn.* i. p. 369. A.

HABITAT in *Mexico.*—A præcedente non diſcrepat, niſi quod candidis quibuſdam pennis ſit inſignis.

γ. Corvus candidus, *Briſ.* ii. p. 12. B.—*Id.* 8vo. i. p. 157.
Corvus albus, *Schwenck. Sileſ.* p. 245.—*Ger. Orn.* ii. p. 32. t. 141.
White Raven, *Lath. Syn.* i. p. 369. B.

HABITAT in *Norvegia.* Differt colore in toto corpore albo.

δ Corvus borealis albus, *Briſ.* vi. *App.* p. 33. t. 2. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 163.

HABITAT in *inſula Ferroenſi.*—2 ped. longus.
Corpus ſplendide nigrum, ſubtus album: *caput* album, maculis nigris varium: *pectus* nigrum: *remiges* candidæ, priore nigricante marginata: *rectrices* albo nigroque variæ.

2. auſtralis. C. nigricans, gulæ pennis laxioribus, remigibus fuſceſcentibus.
Corvus auſtralis, *Gmel. Syſt.* i. p. 365.—*Cook's laſt Voy.* i. p. 109?
South-ſea Raven, *Lath. Syn.* i. p. 369. 2.

HABITAT in *inſulis Amicis* maris auſtralis, *nova Hollandia?*—19 pollices longus: cauda 8 pollices longa.
Roſtrum baſi validum, lateribus compreſſum.

3. albicollis. C. nigricans, roſtro carinato valido, tectricibus alarum fuſceſcentibus, lunula cervicis lata alba.
South-ſea Raven, *Lath. Syn. Sup.* p. 75. 2.

HABITAT in *Africa?* magnitudine *Coracis.*—20 pollices longus.
Roſtrum dorſo carinatum fere ut in *Crotophaga,* at pennis ſetaceis tectum, 3½ pollices longum: lunula cervicis lata maximam partem colli ſuperioris occupans, lateribus magis anguſta, antice fere coëuns: *remiges* et *cauda* prope æquales, *rectricibus* duodecim: *pedes* valde rugoſi, et cum *roſtro* nigri. An varietas præcedentis?

4. corone. C. atro-cæruleſcens totus, cauda rotundata rectricibus acutis.
Corvus corone, *Lin. Syſt.* i. p. 155. 3.—*Faun. Suec.* N° 86.—*Gmel. Syſt.* i. p. 365.—*Scop. Ann.* i. N°. 36.—*Brun.* N° 29.—*Muller,* N°

 87.—

87.—*Georgi*, p. 165.—*Faun. Arag.* p. 72.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 110. 11.

Cornix, *Raii Syn.* p. 39. A. 2.—*Will.* p. 83.—*Briſ.* ii. p. 12. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 157.—*Klein. Av.* p. 58. 1.—*Ger. Orn.* ii. p. 34. t. 144?

La Corneille, *Buf.* iii. p. 45. t. 3.—*Pl. Enl.* 483.

Carrion Crow, *Br. Zool.* i. N° 75. t. 34.—*Id.* fol. p. 75.—*Arct. Zool.* ii. N° 135.—*Alb.* ii. t. 21.—*Hiſt. Selb.* p. 97.—*Will. (Angl.)* p. 122. t. 18.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 34.—*Id.* t. vi. f. 2. *(Ovum.)* —*Lath. Syn.* i. p. 370. 3.

Habitat in *Europa*, *America*, *Aſia*, et *Africa*; in *Anglia* frequens: *Corace* minor, 18 pollices longus; cadaveribus, inſectis, et fructibus victitans. Per bina incedunt hæ aves. *Ovum* fere ut in *Corace*.

β. C. totus niger, mento albo, roſtri baſi cinerea.

Corvus clericus, *Muſ. Carlſ.* faſc. 1. t. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 365.

Habitat in *Suecia*, ubi rariſſima avis; magnitudine præcedentium. Color nigro-fuliginoſus; *capitis*, *colli*, et interſcapulii nigro nitens; *remigum* ac *rectricum* partis ſuperioris nigro violaceoque nitens.

γ. Cornix varia, *Briſ.* ii. p. 15. A.—*Id.* 8vo. i. p. 158.—*Friſch.* t. 66. *Borowſk. Nat.* ii. p. 110. 11. a.

Corvus varius, *Brun.* p. 8. 28.

Variegated Crow, *Lath. Syn.* i. p. 37. 3. A.

Habitat in *inſulis Ferroenſibus*.

A primo variat infima *genarum* parte, *gutture*, *collo* inferiore, medio *ventre*, et *remigibus* majoribus albis; aliæ diverſo modo variegantur.

δ. Cornix candida, *Briſ.* ii. p. 15. B.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 110. 11. b.

White Crow, *Lath. Syn.* i. p. 372.

Habitat in *Iſlandia*.—*Corpus* totum album.

5. frugilegus. C. ater, fronte cineraſcente, cauda ſubrotundata.

Corvus frugilegus, *Lin. Syſt.* i. p. 156. 4.—*Faun. Suec.* N° 85.—*It. Oel.* 67.—*Gmel. Syſt.* i. p. 366.—*Kram. El.* p. 333. 2.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 105. 4.

Cornix nigra frugilega, *Raii Syn.* p. 83. A. 3.—*Will.* p. 84. t. 18.—*Friſch.* t. 64.—*Ger. Orn.* ii. p. 35. t. 143. 145?

Cornix frugilega, *Briſ.* ii. p. 16. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 158.—*Klein. Av.* p. 59. 3.—*Id. Stem.* p. 10. t. 10. f. 3. a. b.—*Id. Ov.* p. 21. t. 8. f. 10.

Digitized by Google

Le Freux, ou la Frayonne, *Buf.* iii. p. 55.—*Pl. Enl.* 484.
Rook, *Br. Zool.* ii. 76.—*Id.* fol. p. 76.—*Arct. Zool.* ii. p. 250. A.—*Alb.* ii. t. 22.—*Will. (Angl.)* p. 123.—*Lewin Br. Birds*, i. t. 35.—*Id.* t. vi. f. 3. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 372. 4.—*Id. Sup.* p. 76.

Habitat in *Europa* et occidentali *Sibiria*; in *Anglia* ſatis frequens; gregatim volans, et nidificans in excelſis arboribus: victitat frugibus, lumbricis, inſectorumque larvis, quas roſtro ultra baſin terebrans e ſolo extrahit, unde plumæ circa *capiſtrum* a naribus uſque ad oculos in adultioribus abraſæ evadunt.

Ovum corvino ſimilis ſed minus.

6. calvus. C. ferrugineo-fuſcus ſubtus rufeſcens, facie ultra oculos nuda.
Corvus calvus, *Gmel. Syſt.* i. p. 372.
Choucas chauve, *Buf.* iii. p. 80.—*Pl. Enl.* 521.
Bald Crow, *Lath. Syn.* i. p. 383. 16.

Habitat in *Cayana*; *Monedula* paulo major.—13 poll. longus.
Roſtrum paulo incurvatum, nigricans: *caput* anterius, ut in præcedente denudatum.

7. Cornix. C. cineraſcens, capite jugulo alis caudaque nigris.
Corvus Cornix, *Lin. Syſt.* i. p. 156. 5.—*Faun. Suec.* N° 88.—*Gmel. Syſt.* i. p. 366.—*Scop. Ann.* i. N° 37.—*Muller*, N° 88.—*Brun.* N° 30.—*Georgi*, p. 165.—*Kram. El.* p. 333. 3.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 105. 5.
Cornix cinerea, *Briſ.* ii. p. 19. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 159.—*Klein. Av.* p. 59. 2.—*Id. Stem.* p. 9. t. 11. f. 1. a. b.—*Id. Ov.* p. 21. t. 8. f. 9.—*Friſch.* t. 65.—*Raii Syn.* p. 39. A. 4.—*Will.* p. 84. t. 18. & 77.
Cornix nigra, Monedula, *Ger. Orn.* ii. p. 35. t. 146. 147.
La Mulacchia, *Cett. uc. Sard.* p. 71.—*Zinnan. Uov.* p. 70. t. 10. f. 61.
La Corneille mantelée, *Buf.* iii. p. 61. t. 4.—*Pl. Enl.* 76.
Royſton Crow, *Alb.* ii. t. 23.—*Will. (Angl.)* p. 124. t. 18. 77.—*Ruſſel. Alep.* p. 69.
Hooded Crow, *Br. Zool.* i. N° 77.—*Id.* fol. p. 76. t. D. 1.—*Arct. Zool.* ii. p. 251. D.—*Flor. Scot.* i. p. 20. t. 2.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 36.—*Id.* t. vi. f. 4. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 374. 5.—*Id. Sup.* p. 77.

Habitat in *Europa*, *Aſia*; magnitudine *C. Frugilegi.*—22 pollices longus.—Nidificat in partibus borealibus *Angliæ* et in *Scotia*, verſus hyemem auſtraliores petens. Victitat inſectorum larvis, reptilibus, cochleis, aviculis, cadaveribus, etiam ſeminibus.

Ovum cæruleo-viride, multis maculis nigro-fuſcis variegatum.

Digitized by Google

8.
dauuricus. C. ater, nucha caneſcente, cervice pectoreque albis.
Corvus dauuricus, *Pall. It.* iii. p. 694. 8.—*Gmel. Syſt.* i. p. 367.—*Georgi reiſe*, p. 165.
Corneille du Senegal, *Buf.* iii. p. 67.—*Pl. Enl.* 327.
Chineſe black Raven with a white neck, *Oſb. Voy.* i. p. 377.
White-breaſted Crow, *Fryer's Trav.* p. 21.—*Lath. Syn.* i. p. 376. 6. t. 15.—*Kolb. Cap.* ii. p. 146.

HABITAT in *Africa, Aſia*; victitat inſectis, fructibus; magnitudine *Monedulæ*.—12 pollices longus.—Vere primo magnis gregibus ex auſtraliore *Mongolia Chinaque* advolat, in regiones circa *Baikalem* ſitas, circa oppida et pagos uſque ad *Lenam* frequentiſſimus, ubi rarior *Monedula*, et rariſſima *Cornix*. *Pallas*.

β. Corvus totus niger, cervice juguloque fuſcis.

Non infrequens inter turmas prius deſcriptorum.

9.
caledonicus. C. cinereus, roſtro pedibus palpebris caudaque nigris.
Corvus caledonicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 367.
New caledonian Crow, *Lath. Syn.* i. p. 377. 7.

HABITAT in *nova Caledonia*.—15 pollices longus. *Irides* flaveſcentes.

10.
jamaicenſis. C. toto corpore artubuſque nigris.
Corvus jamaicenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 367.
Cornix jamaicenſis, *Briſ.* ii. p. 22. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 160.
Cornix nigra garrula, *Raii Syn.* p. 181. 9.—*Sloan. Jam.* p. 298. 13.—*Brown. Jam.* p. 473.—*Klein. Av.* p. 59. 5.
Corneille de la Jamaique, *Buf.* iii. p. 67.
Chattering Crow, *Lath. Syn.* i. p. 377. 8.

HABITAT in *Jamaicæ* montoſis.—18 pollices longus.—Perpetuo garrit; vox autem ipſius diſcrepat a voce noſtratum cornicum. Baccis victitat et ſcarabæis.

11.
Monedula. C. fuſco-nigricans, occipite incano, fronte alis caudaque nigris.
Corvus monedula, *Lin. Syſt.* i. p. 156. 6.—*Faun. Suec.* N° 89.—*Gmel. Syſt.* i. p. 367.—*Scop. Ann.* i. N° 38.—*Brun.* N° 32.—*Muller*, N° 89.—*Georgi reiſe*, p. 165.—*Phil. Tranſ.* lvii. p. 347.—*Briſ.* ii. p. 24. 6.—*Id.* 8vo. i. p. 160.—*Kram. El.* p. 334. 4.—*Friſch.* t. 67.—

Raii

Digitized by Google

Raii Syn. p. 40. t. 5.—*Will.* p. 85. t. 19.—*Ger. Orn.* t. 144?—*Borowſk. Nat.* ii. p. 106. 6.
Cornix garrula, *Klein. Av.* p. 59. 4.—*Id. Stem.* p. 10. t. 11. f. 2. a. b.—*Id. Ov.* p. 21. t. 8. f. 4.
Le Choucas, *Buf.* iii. p. 69.—*Pl. Enl.* 523.
Dohle, *Gunth. Neſt. und Eyer.* p. 51. t. 11.
Taccola, *Cett. uc. Sard.* p. 72.
Mulacchia nera, *Zinnan. Uov.* p. 71. t. 10. f. 62.
Jackdaw, *Br. Zool.* i. N° 81. t. 34.—*Id.* fol. p. 78.—*Arct. Zool.* ii. p. 251. C.—*Hiſt. Selb.* p. 59. 60.—*Alb.* i. t. 14.—*Will. (Angl.)* p. 125. t. 19.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 37.—*Id.* t. vii. f. 4. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 378. 9.—*Id. Sup.* p. 78.

Habitat in *Europa* paſſim.—13 pollices longus.

Irides albæ. Omnibus bene nota avis. Turrium deſtructarum muros frequentat, in quorum foraminibus nidificat.—*Ovum* corvino pallidius, perlaceum, fuſco maculatum.

β. Monedula torquata, *Briſ.* ii. p. 27. A.—*Id.* 8vo. i. p. 161.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 106. 6. a.
Helvetian Daw, *Charlt. Ex.* p. 75. 7.—*Onom.* p. 68. 7.—*Aldrov. Av.* i. t. p. 774.—*Johnſt. Av.* t. 16. *(Graculus.)*
Collared Jackdaw, *Lath. Syn.* i. p. 379. 9. A.

Habitat in *Helvetia.* In omnibus cum præcedente convenit, præterquam quod *collum* habeat albo torque circumdatum.

γ. Monedula candida, *Briſ.* ii. p. 27. B.—*Id.* 8vo. i. p. 161.—*Schwenckf. Av. Sil.* p. 305.—*Rzacz. Auct. Pol.* p. 396.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 106. 6. b.
White Jackdaw, *Lath. Syn.* i. p. 379. 9. B.

Corpus ei toto album: *roſtrum* flaveſcens.

δ. Corvus ſplendide niger, punctulis albis oculos ambientibus.
Monedula nigra, *Briſ.* ii. p. 28. 7.—*Id.* 8vo. i. p. 162.—*Friſch.* t. 68.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 107. 6. c.
Choucas noir, *Buf.* iii. p. 69.—*Pl. Enl.* 522.
Chough, *Charl. Ex. et Onom.* p. 67. 5.—*Sibb. Scot. Ill.* part ii. l. 3. p. 15.
Black Jackdaw, *Lath. Syn.* i. p. 379. 9. C.

ε. Monedula nigerrima, roſtro pedibuſque miniatis, *Gmel. It.* iii. p. 365. t. 39.—*Gmel. Syſt.* p. 368. ε.

ζ. C. totus niger, occipite incano.
Monedula tota nigra, *Phil. Tranſ.* lvii. p. 347.

Habitat ad *Volgam*, frequens in ſylvis. Corpus totum nigrum, nec unquam cæruleſcens, occipite incano, alis caudaque nigris.

12. hottentottus. C. vireſcenti-ater, cauda æquali, myſtacibus longiſſimis.
Corvus hottentottus, *Lin. Syſt.* i. p. 155. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 364.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 103. 2.
Monedula capitis Bonæ Spei, *Briſ.* ii. p. 33. 10. t. 2. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 163.—*Ger. Orn.* ii. p. 36. t. 148.
Choucas mouſtache, *Buf.* iii. p. 79.—*Pl. Enl.* 226.
Hottentot Crow, *Lath. Syn.* i. p. 380. 10.

Habitat ad *caput Bonæ Spei.* Magnitudo *Merulæ.*—11½ pollices longus.

Pennæ *cervicis* anguſtiores et longiores ſunt: *myſtaces* nigræ baſi ſuperioris roſtri, ſetaceæ, capite longiores.

13. Balicaſſius. C. vireſcenti-ater, cauda forficata.
Corvus Balicaſſius, *Lin. Syſt.* i. p. 155. 11.—*Gmel. Syſt.* i. p. 371.
Monedula philippenſis, *Briſ.* ii. p. 31. 9. t. 2. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 163.—*Ger. Orn.* ii. p. 40. t. 154.
Le Choucas des Philippines, *Buf.* iii. p. 83.—*Pl. Enl.* 603.
Philippine Crow, *Lath. Syn.* i. p. 381.

Habitat in inſulis *Philippinis*, *India*, ad *caput Bonæ Spei*; magnitudine *Merulæ.*—10 pollices longus.

Eximie cantat: variat *pectore* albo nebuloſo; *abdomine* griſeo.

14. novæ Guineæ. C. cinereus, capiſtro faſcia per oculos caudaque nigris, dorſo poſtico uropygio abdomine femoribus criſſoque albo nigroque faſciatis.
Corvus novæ Guineæ, *Gmel Syſt.* i. p. 371.
Le Choucas de la nouvelle Guinée, *Buf.* iii. p. 80.—*Pl. Enl.* 629.
New Guinea Crow, *Lath. Syn.* i. p. 381. 13.

Habitat in *nova Guinea*; *Monedulæ* magnitudine.—12 poll. longus. *Alæ* nigricantes, pennis albido marginatis.

β. C. cinereus, capite colloque cæruleſcentibus, capiſtro faſciaque per oculos nigris, pectore abdomineque pallide ferrugineis.
New Guinea Crow, *Lath. Syn. Sup.* p. 78.

Habitat cum priore.—13 pollices longus.
Roſtrum nigrum: *irides* rubicundæ: *pedes* fuſco-rubri, valde rugoſi.

15. papuenſis. C. cinereo-griſeus, abdomine albo, remigibus fuſco-nigricantibus, macula per oculos nigra.
Corvus papuenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 371.
Choucari de la nouvelle Guinée, *Buf.* iii. p. 81.—*Pl. Enl.* 630.
Papuan Crow, *Lath. Syn.* i. p. 382. 14.

Habitat cum præcedente.—11 pollices longus.
Roſtrum pallide flavum, macula ovata nigra a baſi mandibulæ ſuperioris oculos ambiens: *pedes* breves, nigricantes.

16. pacificus. C. cinereus ſubtus ruféſcens, capiſtro pallido, occipite nucha alis caudaque nigricantibus, apicibus remigum rectricumque lateralium albidis.
Corvus pacificus, *Gmel. Syſt.* i. p. 372.
Pacific Crow, *Lath. Syn.* i. p. 383. 17.

Habitat in inſulis *Maris pacifici.*—10½ pollices longus.—*Rectrices* 2 intermediæ totæ nigræ.

17. tropicus. C. niger nitidus ſubtus niger, criſſo hypochondriiſque albo variegatis, alis caudaque viridi-nigris.
Corvus tropicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 372.
Raven, *Cook's laſt Voy.* iii. p. 119?
Tropic Crow, *Lath. Syſt.* i. p. 384. 18.

Habitat in inſula *Owhyhee* maris pacifici.—12½ pollices longus.
Pennæ criſſi apice albæ.

18. Glandarius. C. tectricibus alarum cæruleis, lineis tranſverſis albis nigriſque, corpore ferrugineo variegato.
Corvus glandarius, *Lin. Syſt.* i. p. 156. 7.—*Faun. Suec.* N° 90.—*Gmel. Syſt.* i. p. 368.—*Scop. Ann.* i. N° 39.—*Brun.* N° 33.—*Muller*, N° 90.—*Kram. El.* p. 334. 7.—*Georgi reiſe*, p. 165.—*Faun. Arag.* p. 72.—*Friſch.* t. 55.—*Raii Syn.* p. 41. A. 2.—*Will.* p. 88. t. 19.—*Ger. Orn.* ii. p. 43. t. 161.—*Sepp. Vog.* t. p. 1.—*Gunth. Neſt. u. Eyer.* t. 38.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 108. 8.
Garrulus, *Briſ.* ii. p. 47. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 168.—*Schæf. El.* t. 39.
Pica glandaria, *Klein. Av.* p. 61. 2.—*Id. Stem.* p. 10. t. 12. f. 4. a. b.—*Id. Ov.* p. 22. t. 8. f. 2.

Geay,

Digitized by Google

Geay, *Buf.* iii. p. 107. t. 8.—*Pl. Enl.* 481.
Ghiandaia, *Olin. uc*, p. 35.—*Zinnan. Uov.* p. 67. t. 10. f. 58.—*Cet. uc. Sard.* p. 76.
Jay, *Br. Zool.* i. N° 79.—*Id.* fol. t. D.—*Arct. Zool.* ii. p. 252. E.—*Will. (Angl.)* p. 130. t. 19.—*Ruſſ. Alep.* p. 69.—*Alb.* i. t. 16.—*Hayes Brit. Birds*, t. 7—*Lewin. Br. Birds*, t. 38.—*Id.* t. vii. f. 2. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 384. 19.—*Id. Sup.* p. 79.

Habitat in *Europa* paſſim et in *Sibiriæ* montibus.—13 pollices longus.—Victitat glandibus, nucibus, ſegete, etiam aviculis. Caro ſatis ſapida.

Caput ſubcriſtatum: *irides* albæ: macula faucium nigra. Bene nota avis. *Ovum* cinereo-perlaceum.

Garrulus albus, *Briſ.* ii. p. 51. A.—*Id.* 8vo. i. p. 169.—*Ger. Orn.* ii. p. 44. t. 162.
White Jay, *Lath. Syn.* i. p. 386. A.

A præcedente differt pennarum colore, in univerſo corpore albo: oculorum *irides* rubeſcunt.

19. criſtatus. C. tectricibus alarum lineis tranſverſis nigris, corpore cæruleo, collari nigro.
Corvus criſtatus, *Lin. Syſt.* i. p. 157. 8.—*Gmel. Syſt.* i. p. 369.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 102. t. 9. A.
Garrulus canadenſis cæruleus, *Briſ.* ii. p. 54. 2. t. 4. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 170.
Pica glandaria criſtata, *Klein. Av.* p. 61. 3.—*Robert. ic.* 1676. t. 14.
Le Geay bleu du Canada, *Buf.* iii. p. 120.—*Pl. Enl.* 529.
Haubenhaher, *Borowſk. Nat.* ii. p. 102. t. 9. A.
Blue Jay, *Cat. Car.* i. t. 15.—*Edw.* t. 239.—*Arct. Zool.* ii. N° 138.—*Lath. Syn.* i. p. 386. 20.

Habitat in *America ſeptentrionali.*—11 pollices longus.—*Glandario* moribus et ſtatura ſimilis; cantu gratiſſimo.

Cauda elongata cuneiformis, nigro et cæruleo tranſverſim lineata, apice alba.

20. Stelleri. C. ſubcriſtatus, corpore atro, alis cæruleis tranſverſim ſtriatis, caudaque cærulea.
Corvus Stelleri, *Gmel. Syſt.* i. p. 370.
Steller's Crow, *Arct. Zool.* ii. N° 139.—*Lath. Syn.* i. p. 387. 21.

Habitat

Habitat in *Americæ* borealis ſinu *Nootka*.—15 pollices longus.

Cauda longa cuneiformis, rectricibus 2 intermediis obſolete faſciolatis: *roſtrum pedeſ*que plumbei.

21. cyanus. C. cinereus, vertice atro-nitido, alis caudaque cuneiformi cyaneis, rectricibus intermediis apice albis.

Corvus cyanus, *Pall. It.* iii. p. 694. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 373.

Blue Crow, *Lath. Syn.* i. p. 394. 30.

Habitat in *Davuria*; gregarie adventat *Aprili*, atque inſtar vulgaris *Picæ* in arbuſtis et ſalicetis verſatur atque nidificat, æque aſtuta et clamoſa. Magnitudo ſequentis, quem plumarum rara textura imitatur. *Vertex* uſque in cervicem ater nitidus: *rectrices* longiſſimæ, majori etiam proportione quam in *Pica*, gradatim breviores, intermediæ apice albæ. Timidiſſima avis. *Pallas.*

22. infauſtus. C. dorſo cinereo, rectricibus rufis, intermediis duabus cinereis faſcia nigricante, cauda rotundata.

Corvus infauſtus, *Lin. Faun. Suec.* N° 93.—*Brun.* p. 10.—*Muller*, N°. 93.—*Muſ. Carlſ.* faſc. iv. t. .—*Georgi*, p. 164?

Lanius infauſtus, *Lin. Syſt.* i. p. 138. 25.

Corvus ruſſicus, Eine raben-art, *Gmel. It.* i. p. 50. t. 11.

Habitat in *Europæ* ſylvis aceroſis, præſertim *Lapponiæ* ſylvaticæ, *Ruſſiæ* et *Sibiriæ*: audaciſſima avis, comeſſantes peregrinatores ſæpe adiens, carneſque disjectas rapiens.

Roſtrum nigrum: *caput* fuſcum: *corpus* cinereum, lateribus teſtaceis: *remiges* 18 fuſcæ, baſi teſtaceo-rufæ: *tectrices* anteriores et inferiores omnes teſtaceo-rufæ: *remiges* tres primæ per gradus breviores: *cauda* rotundata, longitudine corporis, integra, teſtaceo-rubra, exceptis intermediis 2 cinereis, faſcia nigricante, proxima utrinque apice cinerea, huic proxima vix apice cinerea: *tectrices* caudæ teſtaceo-rufæ: *pedes* nigri.

β. C. cineraſcens ſubcriſtatus, facie colloque ſubtus cæruleſcenti-albis, uropygio corpore ſubtus rectricibuſque lateralibus ferrugineo-fulvis.

Corvus ſibiricus, *Gmel. Syſt.* i. p. 373.

Geay de Siberie, *Buf.* iii. p. 118.—*Pl. Enl.* 608.

Sibirian Jay, *Lath. Syn.* i. p. 391. 26.

Habitat

Habitat in *Sibiria*; *Garrulo* paulo minor.—10 pollices longus.

Roſtrum nigricans: *vertex* fuſco-nigricans, ſubcriſtatus: *cauda* longa: *rectrices* duæ intermediæ cineraſcentes, reliquæ ferrugineo-fulvæ.

23.
canadenſis. C. fuſcus, fronte flavicante, ſubtus rectricumque apicibus albidus.
Corvus canadenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 158. 16.—*Gmel. Syſt.* i. p. 376.
Garrulus canadenſis fuſcus, *Briſ.* ii. p. 54. 3. t. 4. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 170.
Geay brun de Canada, *Buf.* iii. p. 117.—*Pl. Enl.* 530.
Cinereous Crow, *Arct. Zool.* ii. N° 137.—*Phil. Tranſ.* lxii. p. 386.—*Lath. Syn.* i. p. 389. 23.

Habitat in *America boreali.*—9 pollices longus.—Victitat baccis, lumbricis, carne. Audax furtaque avis, colligens baccas, quas ſepelit; ab incolis deteſtata.

Roſtrum nigrum: *narium* vibriſſæ albidæ: *verticis* pennæ longæ nigræ: *cauda* vix cuneiformis, apice alba: pennæ totius corporis laxæ.

24.
cayanus. C. ſubviolaceus ſubtus candidus, jugulo fronteque nigris, cauda apice alba.
Corvus cayanus, *Lin. Syſt.* i. p. 157. 9.—*Gmel. Syſt.* i. p. 370.
Garrulus cayanenſis, *Briſ.* ii. p. 52. 2. t. 4. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 169.
Geay de Cayenne, *Buf.* iii. p. 118.—*Pl. Enl.* 373.
Cayenne Jay, *Lath. Syn.* i. p. 388. 22.

Habitat in *Cayana.*—13 pollices longus.

Roſtrum et *pedes* nigri: *capiſtrum*, *genæ*, et *nucha* nigra: pennæ *ſincipitis* ſurſum erectæ rigidæ, lateribus capitis utrinque maculæ tres albæ: *cauda* ſubviolacea, rotundata, rectricibus lateribus apice albis.

25.
auritus. C. ſubcriſtatus fuſco-cinereus, capiſtro gulaque nigris, macula frontis auriumque alba, remigibus nigris griſeo marginatis.
Petit Geay de la Chine, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 188. t. 107.
White-eared Jay, *Lath. Syn. Sup.* p. 83.

Habitat in *China*, ad aquas; magnitudine *Criſtati.*—11 pollices longus.

Roſtrum vix incurvatum, nigrum: *irides* flavo-rufæ: *vertex* cinereo-cæruleſcens pennis paulo elongatis: *cauda* elongata, rotundata, deorſum inclinans: *pedes* longi, fuſceſcentes, ungue poſtico valido, incurvato.

C. ruſeſcens,

Digitized by Google

26. purpuraſcens. C. rufeſcens ſubtus luteus, capite purpuraſcente, remigibus caudaque longiore nigris.
Purple-headed Crow, *Lath. Syn. Sup.* p. 83.

Habitat in *China*.
Roſtrum plumbeum: *pedes* incarnati.

27. ſinenſis. C. cinereo-griſeus, dorſo tectricibus alarum criſſoque rufis, ſincipite nigro, remigibus caudaque nigris, ſecundariis albo bimaculatis.
Pie de Macao, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 187.
Macao Crow, *Lath. Syn. Sup.* p. 84.

Habitat in *China*, inſula *Macao*; *Pica* tertio minor.
Irides flaveſcentes.

28. rufus. C. rufus, ſubtus rufo-albus, capite colloque fuſcis, tectricibus alarum majoribus remigibuſque ſecundariis griſeis, rectricibus lateralibus fuſco griſeoque dimidiatis apice albis.
Pie rouſſe de la Chine, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 186. t. 106.
Rufous Crow, *Lath. Syn. Sup.* p. 84.

Habitat in *China*; magnitudine *Merulæ*.
Roſtrum et *pedes* nigri: *irides* rufo-flavæ: *remiges* primores, *rectriceſque* 2 intermediæ totæ nigræ.

29. erythrorynchos. C. violaceo-fuſcus, ſubtus albicans, fronte collo ſubtus pectoreque nigris, cauda baſi violacea medio nigra apice alba.
Corvus erythrorhynchos, *Gmel. Syſt.* i. p. 372.
Geay de la Chine à bec rouge, *Buf.* iii. p. 115.—*Pl. Enl.* 622.
Red-billed Jay, *Lath. Syn.* i. p. 290. 24.

Habitat in *China*; *Glandario* major.
Roſtrum et *pedes* rubri: *facies* tota ultra oculos, *gula*, *collum* ſubtus, et *pectus* aterrima: *remiges* primores, *rectricibus* ſimillimæ, tricolores.

30. peruvianus. C. dilute viridis, fronte cærulea, vertice colloque ſupra albidis, gula juguloque atris, abdomine rectricibuſque lateralibus flavis.
Corvus peruvianus, *Gmel. Syſt.* i. p. 373.
Geay du Perou, *Buf.* iii. p. 116. 2.—*Pl. Enl.* 625.
Peruvian Jay, *Lath. Syn.* i. p. 391. 27.

Habitat in *Peru*.—11½ pollices longus.

Digitized by Google

Roſtrum et *pedes* nigricantes: totum *collum* ſubtus holoſericeum aterrimum: *capiſtrum* ſuperius cæruleum: *cauda* longiſſima cuneiformis, rectricibus 3 vel 4 utrinque pallide flavis. Species formoſiſſima.

31. flavigaſter. C. vireſcente-fuſcus, ſubtus flavus, vertice ſtriga aurea, ſuperciliis gulaque albis.

Corvus flavus, *Gmel. Syſt.* i. p. 373.

Garlu, ou Geay à ventre jaune de Cayenne, *Buf.* iii. p. 119.—*Pl. Enl.* 249.

Yellow-bellied Jay, *Lath Syn.* i. p. 392. 28.

Habitat in *Cayana*.—9 pollices longus.

*Roſtrum pedeſ*que graciles, nigricantes: *alæ cauda*que rubro-fuſca.

32. Pica. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi.

Corvus Pica, *Lin. Syſt.* i. p. 157. 13.—*Faun. Suec.* N° 92.—*Gmel. Syſt.* i. p. 373.—*Phil. Tranſ.* lxii. p. 387.—*Scop. Ann.* i. N° 41.—*Brun.* N° 32.—*Muller*, N° 92.—*Georgi*, p. 165.—*Kram. El.* p. 335. 8.—*Faun. Arag.* p. 72.—*Sepp. Voy.* t. p. 3.—*Raii Syn.* p. 41. A. 1.—*Will.* p. 87. t. 19.—*Friſch.* t. 58.—*Briſ.* ii. p. 35. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 164.—*Ger. Orn.* ii. p. 40. t. 155.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 109. 10.—*Schæf. El.* t. 56.

La Pie, *Buf.* iii. p. 85. 7.—*Pl. Enl.* 488.

Pica ruſticorum, *Klein. Av.* p. 60. 1.—*Id. Stem.* p. 10. t. 12. f. 1. a. b. c.—*Id. Ov.* p. 22. t. 8. f. 3.

Aelſter, *Gunth. Neſt. u. Eyer.* t. 53.

Gazza con la coda lunga, *Zinnan. Uov.* p. 66. t. 10. f. 57.

Magpie, or Pianet, *Br. Zool.* i. N° 78.—*Id.* fol. p. 77. t. D. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 136.—*Alb.* i. t. 15.—*Will. (Angl.)* p. 127. t. 19.—*Hayes Br. Birds*, t. 8.—*Lewin. Br. Birds*, t. 39.—*Id.* vii. f. 3. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 392. 29.—*Id. Sup.* p. 80.

Habitat in *Europa*, *Aſia*, rarius in *America*; in *Angliæ* ſylvis frequens.—18 pollices longus.—Variante luce nigro colori ſplendor viridis et purpureus vividiſſimus. *Cauda* valde elongata, rectricibus lateralibus per gradus brevioribus.

Ovum fuſco-viride, maculis obſcuris marmoratum.

β. Pica candida, *Briſ.* ii. p. 39. A.—*Id.* 8vo. i. p. 165.—*Ger. Orn.* ii. p. 41. t. 156.

Hæc varietas in univerſo corpore candidus.

γ. Pica

Digitized by Google

γ. Pica corpore longitudinaliter albo nigroque ſtriato. *Muſ. Lev.*

δ. C. corpore fuliginoſo alboque vario, oculis rubicundis, roſtro pedibuſque nigris.
Corvus Pica, var. *Muſ. Carlſ.* faſc. iii. t. 53.

HABITAT in *Suecia*, ad parœciam *Padasjoki Tavaſtlandiæ* autumno anni 1781. *Sparrmann.*

33. ſenegalenſis. C. nigro-violaceus, cauda cuneiformi, remigibus rectricibuſque fuſcis.
Corvus ſenegalenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 158. 14.—*Gmel. Syſt.* i. p. 374.
—— ater, *Lin. Syſt.* i. p. 157. 12.—*Gmel. Syſt.* i. p. 375.
Pica ſenegalenſis, *Briſ.* ii. p. 40. 2. t. 3. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 166.
Pie du Senegal, *Buf.* iii. p. 97.—*Pl. Enl.* 538.
Senegal Crow, *Lath. Syn.* i. p. 394. 31.

HABITAT in *Senegala*; magnitudine *Picæ*.—14 pollices longus.

34. africanus. C. ſubcriſtatus fuſcus, abdomine cineraſcente, capite colloque purpureis, cauda cuneiformi, rectricibus apice albis.
Corvus africanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 374.
African Crow, *Lath. Syn.* i. p. 396. 33.

HABITAT in *Africa*.—22 pollices longus.
*Roſtrum pedeſ*que rubri: *occipitis* pennæ apice griſeo, *remiges* extus margine cæruleſcente.

35. caribbæus. C. ferrugineus ſubtus albus, collo cæruleo torque albo, uropygio luteo, rectricibus cæruleis albo variis.
Corvus caribæus, *Gmel. Syſt.* i. p. 374.
Galgulus Antillarum, *Briſ.* ii. p. 80. 6.—*Id.* 8vo. i. p. 176.
Pica caudata indica, *Raii. Syn.* p. 42. 6.—*Will.* p. 90. 1.
—— Antillarum, *Raii Syn.* p. 152.
La Pie des Antilles. *Buf.* iii. p. 101. 129.
Perſian Pie, *Will. (Angl.)* p. 132. vi. parag. 2.
Caribbæan Crow, *Lath. Syn.* i. p. 395. 32.

HABITAT in *Caribbæis* inſulis; magnitudine *Picæ*.
*Roſtrum pedeſ*que rubri: ſtriga alba a fronte ad dorſum initium nigro faſciata: tectrices alarum cæruleæ. In *femina* hæc ſtriga ſimplex abſque faſciis, tectriceſque alarum virides.

Digitized by Google

36. mexicanus. C. totus cæruleo-niger.
Corvus mexicanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 375.
Pica mexicana major, *Briſ.* ii. p. 43. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 167.
Hoitzanatl, *Raii Syn.* p. 162.
L'Hociſana, *Buf.* iii. p. 103.
Criard, *Pernet. Voy.* i. p. 185.
Mexican Crow, *Lath. Syn.* i. p. 396. 34.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine *Monedulæ*; garrula et inquieta avis.—*Roſtrum* et *pedes* nigri.

37. Zanoe. C. nigricans, cauda longiſſima, capite colloque ſubfulvis.
Corvus Zanoe, *Gmel. Syſt.* i. p. 395.
Pica mexicana minor, *Briſ.* ii. p. 44. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 167.
Tzanahcei, *Raii Syn.* p. 162.
Le Zanoe, *Buf.* iii. p. 106.
Leſſer mexican Crow, *Lath. Syn.* i. p. 397. 36.

HABITAT cum præcedente; ſtatura et moribus *Picæ*, et ſimiliter humanas voces facile diſcit.
Roſtrum et *pedes* nigri.

38. argyrophthalmus. C. viridi-nitens, nucha cyanea, remigibus primoribus apice cæruleis, rectricibus apice albis.
Corvus argyrophthalmus, *Gmel. Syſt.* i. p. 369.—*Jacq. Vog.* p. 1. t. 1.
Corvus ſurinamenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 375.
Surinam Daw, *Brown. Ill.* t. 10.
Surinam Crow, *Lath. Syn.* i. p. 397.—*Id. Sup.* p. 81.

HABITAT in *Surinami* et *Carthagenæ* nemoribus; magnitudine *Garruli*.
Roſtrum et *pedes* nigri: *irides* argenteæ: macula utrinque ſupra infraque oculos cyanea. Facile cicurandus; vox monotona.

39. caryocatactes. C. fuſcus albo punctatus, alis caudaque nigris, rectricibus apice albis, intermediis apice detritis.
Corvus caryocatactes, *Lin. Syſt.* i. p. 157. 10.—*Faun. Suec.* N° 91.—*Gmel. Syſt.* i. p. 370.—*Scop. Ann.* i. N° 40.—*Raii Syn.* p. 42. 5.—*Will.* p. 90. t. 20.—*Brun.* N° 34.—*Muller*, N° 91.—*Georgi*, p. 165. *Kram. El.* p. 334. 5.—*Sepp. Vog.* t. 3.—*Ger. Orn.* ii. p. 44. t. 163.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 108. 9.
Nucifraga, *Briſ.* ii. p. 59. 1. t. 5. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 171.—*Klein. Av.* p. 61.

Digitized by Google

p. 61. 4.—*Friſch.* t. 56.—*Klein. Stem.* p. 10. t. 12. f. 2. a. b.—*Schæf. El.* t. 49.
Caſſe-noix, *Buf.* iii. p. 122. t. 9.—*Pl. Enl.* 50.
Nuſhraehe, *Schranck Naturf.* xviii. p. 67.
Nuſshaeher, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 38.
Nutcracker, *Br. Zool. App.* t. 1.—*Arct. Zool.* ii. p. 252. D.—*Edw.* t. 240.—*Will. (Angl.)* p. 132. t. 20.—*Lewin. Br. Birds*, t. 40. —*Lath. Syn.* i. p. 400. 38.—*Id. Sup.* p. 82.

HABITAT in *Europa* et *Aſia* boreali, rariſſime in *Anglia*; in pinetis potiſſimum; victitans inſectis, nucibus, præſertim pini pineæ.—Nidificat in cavis arborum; autumno nuces glandeſque, prout *Pica glandaria*, in arboribus recondit. Moribus et ſtatura *Picæ* ſimilis.—13 pollices longus.

Ovum flaveſcens, maculis obſcurioribus minoribus nigricantibus interjectis.

40. Pyrrhocorax.
C. nigricans, roſtro luteo, pedibus nigris.
Corvus pyrrhocorax, *Lin. Syſt.* i. p. 158. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 376.—*Briſ.* ii. p. 30. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 162.
Coracias, *Ger. Orn.* ii. p. 38. t. 150. 151?
Choucas des Alpes, *Buf.* iii. p. 76. t. 6.—*Pl. Enl.* 531.
Alpine Crow, *Lath. Syn.* i. p. 381. 11.

HABITAT in *Alpibus Helveticis.*—15 pollices longus. Victitat ſeminibus: caro ſapida.

Roſtrum flavum: *pedes* nigri, aliquando flavi. Hæc avis et ſequentes binæ a præcedentibus differunt roſtro ſubulato incurvo.

41. Graculus.
C. violaceo-nigricans, roſtro pedibuſque luteis.
Corvus graculus, *Lin. Syſt.* i. p. 158. 18.—*Gmel. Syſt.* i. p. 377.—*Faun. Arag.* p. 72. 5.
Corvus docilis, *Gmel. It.* iii. p. 385. t. 39.
Gracula pyrrhocorax, *Scop. Ann.* i. N° 46.
Upupa pyrrhocorax, *Haſſelq. It.* p. 238. 19.—*Id. (Angl.)* p. 197.
Coracias, ſeu Pyrrhocorax, *Raii Syn.* p. 40. A. 6.—*Will.* p. 86. t. 19.—*Briſ.* ii. p. 3. t. 1. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 154.—*Shaw's Trav.* p. 251. —*Ger. Orn.* ii. p. 37. t. 149.
Cornix roſtro pedibuſque rubris, *Klein. Av.* p. 60. 11.
Le Coracias, *Buf.* iii. p. 1. t. 1.—*Pl. Enl.* 255.
Corniſh Chough, *Alb.* ii. t. 24.—*Borlas. Cornw.* p. 249. t. 24.—*Will. (Angl.)* p. 126. t. 19.—*Hayes Br. Birds*, t. 6.

Red-legged

Digitized by Google

Red-legged Crow, *Br. Zool.* i. N° 80. t. 35.—*Id.* fol. p. 83. t. L*.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 41.—*Id.* t. vii. f. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 401. 39.

HABITAT in *Europæ*, *Aſiæ*, *Africæ* alpeſtribus et maritimis; in rupibus maritimis *Angliæ* frequens, in quarum foraminibus nidum conſtruit. Magnitudine *Monedulæ*.—16 pollices longus.

In ave juniore *roſtrum pedeſ*que nigri.

Ovum albidum maculis obſcurioribus flavis.

42. Eremita. C. vireſcens, capite flaveſcente, occipite ſubcriſtato, roſtro pedibuſque rubris.

Corvus Eremita, *Lin. Syſt.* i. p. 159. 19.—*Gmel. Syſt.* i. p. 377.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 107. 7. t. 9. B.

Coracia criſtata, *Briſ.* ii. p. 6. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 155.

Corvus ſylvaticus Geſneri, *Will.* p. 306.—*Ger. Orn.* ii. p. 38. t. 152?

Upupa montana, *Klein. Av.* p. 111. 16.

Le Coracias hupé, *Buf.* iii. p. 9.

Geſner's wood Crow, *Will. (Angl.)* p. 396.

Wood Crow from Switzerland, *Alb.* iii. t. 16.

Hermit Crow, *Lath. Syn.* ii. p. 403. 41.

HABITAT in *Helvetiæ* montibus et deſtructis arcibus; magnitudine *Gallinæ*.

43. brachyurus. C. viridis, ſubtus lineiſque capitis fulveſcentibus, alis macula alba.

Corvus brachyurus, *Lin. Syſt.* i. p. 158. 15.—*Gmel. Syſt.* i. p. 375.

Merula viridis moluccenſis, *Briſ.* ii. p. 316. 56. t. 32. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 246.

Breve de Bengale, *Buf.* iii. p 414.

Merle de Bengale, *Pl. Enl.* 258.

Short-tailed Crow, *Lath. Syn.* i. p. 398. 37.

HABITAT in *Moluccis*, aliiſque inſulis *oceani indici*.—6-7 pollices longus.

Roſtrum griſeo-fuſcum: *pedes* longi, aurantii: *irides* albidæ: *cauda* breviſſima, nigra, apice viridi.

β. C. viridis, capite colloque nigris, uropygio tectricibuſque alarum cæruleo-viridibus, caudæ inferioris roſeis, rectricibus nigris.

Merula viridis atricapilla moluccenſis, *Briſ.* ii. p. 319. 57. t. 32. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 246.

§ Breve

Digitized by Google

Breve des Philippines, *Buf.* iii. p. 413.
Merle des Philippines, *Pl. Enl.* 89.—*Lath. Syn.* i. p. 398. A.

Habitat cum præcedente.

γ. C. viridis, ſubtus luteſcens, capite colloque nigris aurantio alboque lineatis, remigibus rectricibuſque nigris.
Coturnix capenſis, *Klein. Av.* p. 115. 2.
La Breve, *Buf.* iii. p. 413. 2.
Madras Jay, *Raii Syn.* p. 195. 12. t. 1. f. 10.
Bengal Quail, *Alb.* i. t. 31.
Short-tailed Pie, *Edw.* t. 324.—*Lath. Syn.* i. p. 399. 37. B.

Habitat in *Zeylona.*
Remiges baſi albæ apice flavæ: *rectrices* apice virides.

δ. C. viridis, ſubtus luteſcens, capite nigricante-fuſco, nucha flaveſcente, lunula cervicis faſciaque ſub oculis bifida nigris.
Breve de Madagaſcar, *Buf.* iii. p. 414.
Merle des Moluques, *Pl. Enl.* 257.—*Lath. Syn.* i. p. 395. C.

ε. C. capite cerviceque nigris, ſuperciliis vireſcentibus cæruleo marginatis, gula alba, jugulo dorſoque viridibus, abdomine rufo, criſſo rubro.
Breve de Malacca, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 190. t. 110.
Short-tailed Crow, *Lath. Syn. Sup.* p. 81. 37.

Habitat in *Malacca.*

ζ. C. capite colloque nigris, vertice faſciaque longitudinali rufa, gula alba, pectore rufeſcente, abdomine femoribus criſſoque rubris.
Breve de la côte de Malabar, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 191.—*Lath. Syn. Sup.* p. 82. E.

Habitat in *Malabaria.*

η. C. viridis, vertice fuſco, collo torque albo, nucha vittaque per oculos ducta nigra, abdomine albo, medio macula criſſoque coccineis, *Lath. Syn. Sup.* p. 82. F.

Habitat in *China.*

Genus

Digitized by Google

Genus XIV. CORACIAS.

Roſtrum cultratum, apice incurvatum, baſi pennis denudatum.
Lingua cartilaginea, bifida.
Pedes ambulatorii.

1.
Garrula. C. cærulea, dorſo rubro, remigibus nigris.
Coracias Garrula, *Lin. Syſt.* i. p. 159. 1.—*Faun. Suec.* N° 94.—*Gmel. Syſt.* i. p. 378.—*Scop. Ann.* i. N° 44.—*Brun.* N° 35.—*Muller*, N° 94.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 111. t. 10.
Coracias cærulea, *Ger. Orn.* ii. p. 39. t. 153.
Galgulus, *Briſ.* ii. p. 64. 1. t. 5. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 173.—*Schæf. El.* t. 35.
Pica glandaria marina, *Ger. Orn.* ii. p. 45. t. 164.
Cornix cærulea Geſneri, *Raii Syn.* p. 42.—*Will.* p. 85.
Pica marina, *Raii Syn.* p. 41.—*Will.* p. 89.
Garrulus argentoratenſis, *Raii Syn.* p. 41. 3.—*Will.* p. 89. t. 20.—*Klein. Av.* p. 62. 7.—*Id. Stem.* p. 10. t. 12. f. 3. a. b.—*Id. Ov.* p. 21. t. 8. f. 1.
——— cæruleus, *Friſch.* t. 57.
Nuſsheer, *Wirſing. Vogel.* t. 5.
Mandel Haher, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 14.
Rollier, *Buf.* iii. p. 135. t. 70.—*Pl. Enl.* 486.—*Dec. Ruſſ.* i. p. 108.
Gazza marina, *Zinnan. Uov.* p. 68. t. 10. f. 59.
Roller, *Br. Zool. App.* t. 2.—*Edw.* t. 109.—*Will. (Angl.)* 131. t. 20.—*Arct. Zool.* ii. p. 235. G.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 42.—*Lath. Syn.* i. p. 406. 1.—*Id. Sup.* p. 85.

Habitat in *Europa*, rariſſime in *Anglia*. Nidificat in arboribus emortuis, victitans inſectis, ranis, glandibus, fructibus.

Ovum pallide virens, maculis innumeris obſcuris; magnitudine columbini.

2.
bengalenſis. C. ſubfulva, ſubtus cæruleſcens, collo ſubtus violaceo pallido ſtriato, cauda integra.

Coracias

Coracias bengalenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 159. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 380.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 112. 2.
Galgulus mindanoenſis, *Briſ.* ii. p. 69. 2. t. 6. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 174.
Rollier de Mindanao, *Buf.* iii. p. 144.—*Pl. Enl.* 285.
Jay from Bengal, *Alb.* i. t. 17.
Bengal Roller, *Lath. Syn.* i. p. 410. 5.

HABITAT in *Bengala*, et in inſula *Mindanao.*—12½ pollices longa.

3. caudata. C. ſubfulva, ſubtus cærulefcens, collo violaceo pallido ſtriato, rectricibus extimis longiſſimis.
Coracias caudata, *Lin. Syſt.* i. p. 160. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 380.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 112. 3.
Galgulus angolenſis, *Briſ.* ii. p. 72. 3. t. 7. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 174.
Rollier d'Angola, *Buf.* iii. p. 144.—*Pl. Enl.* 88.
Long-tailed Roller, *Lath. Syn.* i. p. 409. 4.

HABITAT in *Angola.*—15½ pollices longa.
Rectrix extima longiſſima, cæterum ſimilis *Bengalenſi.*

4. ſenegala. C. rubro-fuſca, ſubtus capite cauda alarumque parte ſuperiore cæruleſcente-thalaſſinis, facie alba, humeris remigibuſque cæruleis, rectricibus extimis longiſſimis.
Coracias ſenegalenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 379.
Rollier du Senegal, *Buf.* iii. p. 143.—*Pl. Enl.* 326.
Shagarag, *Shaw's Tr.* p. 251?—*Ruſſ. Alep.* p. 70?
Swallow-tailed Indian Roller, *Edw.* t. 327.
Senegal Roller, *Lath.* i. p. 408. 3.

HABITAT in *Senegala*, *Zeylona*; magnitudine *C. glandarii.*
Roſtrum breve, flavum: *pedes* rubro-fuſci.

5. abyſſinica. C. rufo-fuſca, capite collo corpore ſubtus tectricibuſque alarum viridibus, humeris remigibus primoribus uropygioque cyaneis, rectricibus extimis longiſſimis.
Coracias abyſſinica, *Gmel. Syſt.* i. p. 379.
Rollier d'Abyſſinie, *Buf.* iii. p. 143.—*Pl. Enl.* 626.
Abyſſinian Roller, *Lath. Syn.* i. p. 408. 2.

HABITAT in *Abyſſinia.*—18 pollices longa.
Color pennarum vividiſſimus: *lora* alba.
Hæ quinque aves inter ſe valde affines.

Digitized by Google

6.
orientalis. C. viridis, jugulo cæruleo ſtriato, rectricibus apice nigris.
Coracias orientalis, *Lin. Syſt.* i. p. 159. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 379.
Galgulus indicus, *Briſ.* ii. p. 75. 4. t. 7. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 175.
Rollier des Indes, *Buf.* iii. p. 147.—*Pl. Enl.* 619.
Oriental Roller, *Lath. Syn.* i. p. 411. 6.

HABITAT in *India* orientali; *C. glandarii* magnitudine.—10½ pollices longa.
Rectrices cæruleæ, baſi virides, apice nigro.

7.
indica. C. cærulea, antice teſtacea, pileo viridi.
Coracias indica, *Lin. Syſt.* i. p. 159.—*Gmel. Syſt.* i. p. 378.
Blue Jay from the Eaſt Indies, *Edw.* t. 326.
Indian Roller, *Lath. Syn.* i. p. 412. 7.

HABITAT in *Zeylona*.—11 pollices longa.
Collum, pectus, et *dorſi* pars antica teſtacea, cæterum ſimilis *Garrulæ*.

8.
caffra. C. cærulea, remigibus margine exteriore luteis.
Coracias caffra, *Lin. Syſt.* i. p. 159. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 379.
Cape Roller, *Lath. Syn.* i. p. 412. 8.

HABITAT in *Africa*.—*Femina* cæruleſcenti-nigra eſt.

9.
vivida. C. cærulea tota vividiſſima.
Coracias cyanea, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Ultramarine Roller, *Lath. Syn.* i. p. 413. 10.

Longitudo 8 pollicum.
Corporis totius color cæruleus vividiſſimus; *Papilioni Menelao* vix cedens.

10.
madagaſcarienſis. C. purpureo-fuſca, uropygio criſſo rectricibuſque cæruleo-viridibus, remigibus primoribus nigris extus cæruleis, rectricibus ad apicem cæruleo-nigricantibus.
Coracias madagaſcarienſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 379.
Rollier de Madagaſcar, *Buf.* iii. p. 148.
Rolle de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 501.
Madagaſcar Roller, *Lath. Syn.* i. p. 413. 11.

HABITAT in *Madagaſcaria*.—10 pollices longa.
Roſtrum baſi robuſtum, flaveſcens: *pedes* rubro-fuſci, ſeu flaveſcentes.

C. griſeo-

Digitized by Google

11.
mexicana. C. griſeo-rufeſcens, ſubtus aliſque pallide griſeis flammeo colore variegatis.
Coracias mexicana, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Galgulus mexicanus, *Briſ.* ii. p. 83. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 177.
Merula mexicana, *Seba.* i. p. 101. t. 64. f. 5.—*Klein. Av.* p. 62. 5.
Rollier du Mexique, *Buf.* iii. p. 148.
Mexican Roller, *Lath. Syn.* i. p. 413. 12.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine *Turdi* majoris.

12.
Puella. C. cærulea, collo antice et lateribus pectore abdomine tectricibus alarum majoribus remigibuſque nigris.
Fairy Roller, *Lath. Syn. Sup.* p. 87. 21.

HABITAT in *India*; magnitudine *Monedulæ*.
Roſtrum validum, et *pedes* nigri: *alæ* maculis tribus parvis cæruleis notatæ: *cauda* obſcure cærulea. Avis ſpecioſiſſima.

13.
ſtriata. C. cæruleo-atra, ſtriis vireſcente-cæruleis, roſtro cauda pedibuſque nigris.
Coracias ſtriata, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Blue ſtriped Roller, *Lath. Syn.* i. p. 414. 13. t. 16.

HABITAT in *nova Caledonia.*—8 pollices longa.
Femina cinereo-griſea, corpore concolore; remigibus nigris, margine cinereis.

14.
ſinenſis. C. viridis, ſubtus viridi-flavicans, faſcia per oculos aliſque nigricantibus, remigibus ſecundariis caudaque cuneiformi apicibus albis.
Coracias ſinenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Galgulus ſinenſis, *Briſ.* ii. p. 77. 5. t. 6. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 175.
Rolle de la Chine, *Buf.* iii. p. 132.
Rollier de la Chine, *Pl. Enl.* 620.
Chineſe Roller, *Lath. Syn.* i. p. 414. 14.

HABITAT in *China*; magnitudine *C. glandarii.*—11½ pollices longa.
Roſtrum, *irides*, et *pedes* rubra: *caput* ſuperius pennis elongatis ſubcriſtatum: *tectrices* alarum olivaceo-nigricantes.

15.
vagabunda. C. capite colloque nigris, corpore ſupra ferrugineo-fuſco ſubtus cinereo, alis medio albis, cauda longiſſima cuneiformi griſea apice nigra.
Grey-tailed Roller, *Lath. Syn. Sup.* p. 86.

Digitized by Google

Habitat in *India*; magnitudine præcedentis.—17 pollices longa.
Roſtrum nigrum: *pedes* cinerei: *tectrices* alarum minores ferrugineo-fuſcæ, majores et *remiges* ſecundariæ albæ, primores nigræ.

16.
cayana. C. fuſco-viridis, ſuperciliis albis, lateribus gulæ vitta nigra, collo ſubtus pectoreque cineraſcentibus, cauda cuneiformi.
Coracias cayanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Grivert, ou Rolle de Cayenne, *Buf.* iii. p. 134.—*Pl. Enl.* 616.
Cayenne Roller, *Lath. Syn.* i. p. 415. 15.

Habitat in *Cayana.*—9 pollices longa.
Roſtrum rubens: *pedes* longiores griſei.

17.
docilis. C. alba cum rubicundo interſperſo, ſubtus badia, pedibus luteis, rectricibus nigris apice albis.
Coracias docilis, *S. G. Gmel. It.* iii. p. 378. t. 42.—*Gmel. Syſt.* i. p. 382.

Habitat in *Aſia* auſtrali; *Monedulæ* magnitudine; docilis, imitabunda.
Roſtrum luteum: *remiges* 9 primores ad medium uſque albæ, reliqua parte nigræ; cæteræ totæ nigræ: *ungues* incarnati.

18.
nigra. C. corpore toto artubuſque nigris, cauda longiore.
Black Roller, *Lath. Syn. Sup.* p. 85.

Longitudo 16 pollices.
Roſtrum validiuſculum, et *pedes* nigri: *cauda* 7 pollices longa.

19.
afra. C. teſtaceo-rubra, ſubtus purpureo-rubeſcens, criſſo cæruleo-viridi, remigibus rectricibuſque cæruleis, apice nigricantibus.
African Roller, *Lath. Syn. Sup.* p. 86. 18.

Habitat in *Africa.*—8½ pollices longa.
Corpus robuſtum: *roſtrum* flavum: *pedes* fuſci.

20.
melanocephala. C. cæruleo-purpurea, capite colloque nigris, corpore ſubtus albo, remigibus fuſcis, cauda cuneiformi apice alba.
Black-headed Roller, *Lath. Syn. Sup.* p. 86. 19.

Habitat in *China*; magnitudine *C. glandarii.*
Roſtrum et *pedes* rubri: *nucha* pallide griſea: *rectrices* 2 intermediæ cæruleæ, reliquæ purpuraſcentes, omnes apice albæ.

C. nigra,

Digitized by Google

21. ſtrepera. C. nigra, macula alarum criſſo caudaque baſi et apice nigris.

Habitat in inſula *Norfolk maris pacifici*; numeroſiſſima; magnitudine vix *C. Corone* cedens.—19 pollices longa.—Stolida et incauta avis, noctu pervigilans; quo tempore inquieta et ſtrepera, aliis ſomnum abrumpit.

Roſtrum rectiuſculum, ad apicem dentatum, 2½ pollices longum, nigrum, verſus apicem corneum; *nares* ad baſin ſitæ, nudæ, elongatæ: *corpus* totum nigrum: *remiges* 6 primores baſi albæ, unde macula alarum: *criſſum* et *tectrices caudæ* inferiores albæ: *cauda* ipſa elongata, rotundata, rectricibus baſi albis, lateralibus apice intus albis: *alæ* complicatæ mediam *caudæ* longitudinem attingunt: *pedes* nigri, digito exteriore baſi ad medium connexo, hinc ad *genus corvinum* affinis.

22. varia. C. nigra, alis albo variegatis, dorſo poſtico uropygio corporeque ſubtus albis, rectricibus lateralibus albo terminatis.
Coracias varia, *Gmel. Syſt.* i. p. 381.
Caſſican de la nouvelle Guinée, *Buf.* vii. p. 137. t. 7.—*Pl. Enl.* 628.
Pied Roller, *Lath. Syn.* i. p. 415. 16.

Habitat in *nova Guinea*.—13 pollices longa.

Roſtrum cæruleſcens, 2½ pollices longum, apice incurvatum: *pedes* plumbei. Hæc avis inter *Oriolum*, *Coraciam*, et *Ramphaſton* pendens, ad proprium genus vix referenda.

Genus XV. ORIOLUS.

Roſtrum conicum, convexum, acutiſſimum, rectum, mandibula ſuperiore paulo longiore, obſolete emarginata.
Lingua bifida, acuta.
Pedes ambulatorii.

1. perſicus. Or. niger, dorſo poſtico macula tectricum alarum baſique rectricum luteis.
Oriolus perſicus, *Lin. Syſt.* i. p. 161. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 388.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 117. 3.
Caſſicus luteus, *Briſ.* ii. p. 100. 14. t. 9. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 183.

Pica

Pica perſica Aldr. *Raii Syn.* p. 42. 4.—*Will.* p. 90.
Le Caſſique jaune, *Buf.* iii. p. 235.—*Pl. Enl.* 184.
Black and yellow Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 418. 1.

Roſtrum et *pedes* rubri: *gula* alba.

23. madagaſcarienſis. A. ſubbrachyura rufa, gula alba, remigibus nigricantibus.
Alcedo madagaſcarienſis, *Lin. Syſt.* i. p. 179. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 449.
Iſpida madagaſcarienſis, *Briſ.* iv. p. 508. 18. t. 38. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 187
Le Martin-pêcheur roux, *Buf.* vii. p. 199.
Martin-pêcheur de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 778. f. 1.
Rufous Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 630. 19.

HABITAT in *Madagaſcaria.*—5½ pollices longa.
Roſtrum et *pedes* rubri: *corpus* ſubtus rufo-album: *gula* et *pectus* alba: *rectrices* 2 intermediæ totæ rufæ, laterales nigricantes margine exteriore rufæ.

24. cæruleocephala. A. cærulea ſubtus rufa, vertice cæruleo-viridi undato, gula alba, remigibus nigricantibus.
Alcedo cæruleocephala, *Gmel. Syſt.* i. p. 449.
Martin-pêcheur à tête bleue, *Buf.* vii. p. 198.
Petit Martin-pêcheur du Senegal, *Pl. Enl.* 356. fig. ſuper.
Blue-headed Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 631. 20.

HABITAT in *Madagaſcaria.*—4 pollices longa.
*Roſtrum pedeſ*que rubri.

β. A. cærulea ſubtus rufa, vertice viridi-cæruleo faſciis nigris, gula lateribuſque pectoris macula albis, *Lath. Syn.* ii. p. 631. 20. ſect. 2.

γ. A. cærulea, capite colloque rufo-flavis, vertice cæruleo nigroque faſciato, abdomine albo.
Blue-headed Kingsfiſher, *Lath. Syn. Sup.* p. 115. 20.

*Roſtrum pedeſ*que rubri: *remiges* et *cauda* rufo-fuſca.

25. bengalenſis. A. cæruleo-viridis, ſubtus rufa, capite cæruleo ſtriato, gula alba, per oculos vitta rufa.
Alcedo bengalenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 450.
Iſpida bengalenſis, *Briſ.* iv. p. 475. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 177.—*Klein. Av.* p. 34. 2.
Le Martin-pêcheur de Bengale, *Buf.* vii. p. 201.
Little Indian Kingsfiſher, *Edw.* t. 11. fig. infer.—*Lath. Syn.* ii. p. 631. 21.

HABITAT

Digitized by Google

Habitat in *Bengala.*—4½ pollices longa.
Roſtrum nigrum baſi carneum: *pedes* rubri.

β. Iſpida bengalenſis minor, *Briſ.* iv. p. 477. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 178.—*Klein. Av.* p. 34. 2.
Little Indian Kingsfiſher, *Edw.* t. 11. fig. ſuper.—*Lath. Syn.* ii. p. 362. 21. A.

Habitat cum priore, vix differens, niſi macula ante et pone oculos pro vitta rufa.

26. criſtata. A. brach. ſubcriſtata cærulea, ſubtus rufa nigro-undulata, tectricibus alarum violaceis cæruleo maculatis.
Alcedo criſtata, *Lin. Syſt.* i. p. 178. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 447.—*Seb. Muſ.* i. p. 100. t. 63. f. 4.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 145. 4.
Iſpida roſtro luteo, *Klein. Av.* p. 35. 5.
—— philippenſis criſtata, *Briſ.* iv. p. 483. 6. t. 37. f. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 180.
Le Vintſi, *Buf.* vii. p. 205.
Petit Martin-pêcheur huppé de l'iſle de Luçon, *Pl. Enl.* 756. f. 1.
Creſted Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 652. 22.

Habitat in *Philippinis inſulis*, et *Moluccis.*—5 pollices longa.
Roſtrum nigrum: *pedes* rubri: *tectrices* alarum maculis nitentibus cæruleis: criſtæ pennæ longiuſculæ, virentes, faſciis nigris. Variat *roſtro* rubro.

β. Iſpida indica criſtata, *Briſ.* iv. p. 506 17.—*Id.* 8vo. ii. p. 186.
Avis auguralis (Salaczac), *Phil. Tranſ.* xxiii. p. 1394. 14?
Alcedo criſtata orient. elegantiſſ. picta, *Seb.* i. p. 104. t. 67. f. 4.—*Klein. Av.* p. 34. 3.—*Lath. Syn.* ii. p. 633. 22. Var. A.

Habitat in *India.*—5½ pollices longa.
Roſtrum rubeſcens. Omnibus priori ſimillima, at *tectrices alarum* immaculatæ.

27. orientalis. A. viridis ſubtus rufa, ſuperciliis albis, vertice gula faſcia per oculos remigibuſque cæruleis, ſub oculis macula rufa.
Alcedo orientalis, *Gmel. Syſt.* i. p. 447.
Iſpida indica, *Briſ.* iv. p. 479. 4. t. 37. f. 1. A.—*Id.* 8vo. ii. p. 178.
Eaſtern Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 633. 23.

Habitat in *India*.—4½ pollices longa.
Roſtrum rubrum: *pedes* nigri.

28.
Dea. A. rectricibus duabus longiſſimis medio attenuatis, corpore nigro-cæruleſcente, alis vireſcentibus.
Alcedo Dea, *Lin. Syſt.* i. p. 181. 13.—*Gmel. Syſt.* i. p. 458.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 146. 6.
Iſpida ternatana, *Briſ.* iv. p. 525. 26. t. 40. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 191.—*Seba*, i. p. 74. t. 46. f. 3.
Pica ternatana, *Klein. Av.* p. 62. 8.
Martin-pêcheur à longs brins, *Buf.* vii. p. 196.
———— de Ternate, *Pl. Enl.* 116.—*Salern. Orn.* p. 126. 10.
Ternate Kingsfiſher, *Lath Syn.* ii. p. 634. 24.—*Bradl. Nat.* t. 12. f. 3.

Habitat in *Ternata*, ex *Moluccis inſulis* una; craſſitie *Sturni*.—13½ pollices longa.
Roſtrum fulvum: *dorſum* et *ſcapulares* cæruleæ, baſi fuſcæ: *corpus* ſubtus, *uropygium*, et *cauda* roſeo-alba, rectricibus elongatis 2 intermediis cæruleis, baſi et apice roſeo-albis: *pedes* rubicundi.
Feminæ rectrices 2 intermediæ breviores quam in *Mare*.

29.
cayanenſis. A. cærulea ſubtus alba, faſcia infra occiput nigra, uropygio viridi-cæruleo.
Alcedo cayanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 452.
Iſpida cayanenſis, *Briſ.* iv. p. 492. 10.—*Id.* 8vo. ii. p. 182.
Taparara, *Buf.* vii. p. 207.
Cayenne Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 635. 25.

Habitat in *Cayana*, *Guiana*; *Sturno* paulo minor.—9½ poll. longa.
Roſtrum ſupra nigrum, ſubtus rubrum: *pedes* rubri.

30.
torquata. A. macr. ſubcriſtata cano-cæruleſcens, torque albo, alis caudaque albo maculatis.
Alcedo torquata, *Lin. Syſt.* i. p. 180. 8.—*Gmel. Syſt.* i.. p. 452.
Iſpida mexicana criſtata, *Briſ.* iv. p. 518. 23. t. 41. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 189.
Achalalactli, *Raii Syn.* p. 126.—*Will.* p. 301.—*Id.* (*Angl.*) p. 390.
L'Alatli, *Buf.* vii. p. 208.
Le Martin-pêcheur huppé du Mexique, *Pl. Enl.* 284.
Cinereous Kingsfiſher, *Lath. Syn.* p. 636. 26.

Digitized by Google

Habitat in *Martinica*, et *Mexico*; *Picæ* magnitudine.—15½ pollices longa.—Migratoria.

Roſtrum fuſcum, baſi rubrum: *pedes* rubri.

31 amazona. A. viridi-nitens, ſubtus lunulaque colli alba, lateribus viridi variegatis, remigibus rectricibuſque albo-maculatis.

Amazonian Kingsfiſher, *Syn. Av. Sup.* p. 116.

Habitat in *Cayana*; magnitudine *Alcyonis*.—13 pollices longa.

Roſtrum et *pedes* nigri.

32. Alcyon. A. macr. criſtata cæruleſcens, abdomine albo, pectore faſcia ferruginea, macula alba ante et pone oculos.

Alcedo Alcyon, *Lin. Syſt.* i. p. 180. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 451.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 142. 1. t. 20.

Iſpida carolinenſis criſtata, *Briſ.* iv. p. 512. 21.—*Id.* 8vo. ii. p. 188.

Jaculator cinereus, *Klein. Av.* p. 127. 2.—*Seba*, i. p. 101. t. 64. 6.

Belted Kingsfiſher, *Arct. Zool.* ii. N° 169.—*Cat. Car.* i. t. 69.—*Lath. Syn.* ii. p. 637.—*Id. Sup.* p. 116.

Habitat in *Carolina*; *Merulæ* magnitudine.—10½ pollices longa. —Victitat lacertis, piſcibus.

Roſtrum nigrum: *pedes* fuſci: *gula* alba: *pectus* et *abdomen* alba, ſed *pectus* antice faſcia ferruginea: *femora* ferruginea; *tibiæ* breviſſimæ; *digitus* extimus connexus cum intermedio.

β. Iſpida ex atro et albo varia, Jaguacati-guacu, *Raii Syn.* p. 182. 14. —*Sloan. Jam.* ii. p. 313. t. 55. f. 3.

Martin-pêcheur de la Louiſiane, *Pl. Enl.* 715.—*Lath. Syn.* ii. p. 637. 27. A.

Habitat in *Louiſiana*.—Pennæ capitis criſtati medio nigricantes: ante oculos macula alba: *jugulum* album *collum* cingens: ſupra pectus *faſcia* cæruleſcens: *pectus abdomen*que ferruginea.

γ. Alcedo Alcyon, *Lin. Syſt.* i. p. 180. 7. β.

Iſpida dominicenſis criſtata, *Briſ.* iv. p. 415. 22.—*Id.* 8vo. ii. p. 188.

Martin-pêcheur huppé de St. Domingue, *Pl. Enl.* 593.

American Kingsfiſher, *Edw.* t. 115.—*Borowſk. Nat.* ii. t. 83.—*Lath. Syn.* ii. p. 639. 27. B.

Habitat in *Dominicenſi inſula*, ad *fretum Hudſonis*; vere migrans.— 11¼ pollices longa.

 A primo

Digitized by Google

A primo variat pennis *pectoris* caſtaneo marginatis abſque faſcia: *femoribus criſſo*que rufis, albo variegatis.

δ. Alcedo Alcyon, *Lin. Syſt.* i. p. 180. 7. γ.
Iſpida braſilienſis criſtata, *Briſ.* iv. p. 511. 20.—*Id.* 8vo. ii. p. 187.
Iſpidæ affinis, Jaguacati-guacu, *Raii Syn.* p. 49. 2.—*Will.* p. 102. t. 24.
—*Id. (Angl.)* p. 147. 2. t. 24.
Le Jaguacati, *Buf.* vii. p. 210.—*Lath. Syn.* ii. p. 639. 27. C.

HABITAT in *Guiana* et *Braſilia*; magnitudine *Turdi*.
Corpus ferrugineum, ſubtus cum torque album: prope oculum utrinque macula alba.

33. maculata. A. fuſca flaveſcenti-maculata, ſubtus alba fuſco punctata, gula flava.
Alcedo maculata, *Gmel. Syſt.* i. p. 451.
Iſpida braſilienſis nævia. *Briſ.* iv. p. 524. 25.—*Id.* 8vo. ii. p. 191.
Matuiti, *Raii Syn.* p. 165. 5.—*Will.* p. 147. t. 38.—*Id. (Angl.)* p. 199.
—*Buf.* vii. p. 212.
Braſilian ſpotted Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 640. 28.

HABITAT in *Braſilia*; *Sturni* magnitudine.
Roſtrum rubrum: *pedes* cinerei.

34. bicolor. A. viridis, faſcia pectorali albo nigroque variegata, corpore ſubtus torque colli ſtrigaque nares inter et oculum rufis.
Alcedo bicolor, *Gmel. Syſt.* i. p. 451.
Le Martin-pêcheur vert et roux, *Buf.* vii. p. 215.—*Pl. Enl.* 592. f. 1. *Mas.* 2. *Femina.*
Rufous and green Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 640. 29.

HABITAT in *Cayana.*—8 pollices longa.
Roſtrum nigrum: *pedes* rubicundi: *alæ* et *cauda* albido maculatæ.
Femina faſcia pectorali et torque caret.

35. americana. A. obſcure viridis, ſubtus alba viridi maculata, ſtriga ſub oculis alba, faſcia pectorali rufa.
Alcedo americana, *Gmel. Syſt.* i. p. 451.
Martin-pêcheur vert et blanc de Cayenne, *Buf.* vii. p. 216.—*Pl. Enl.* 591. f. 1. *Mas.* 2. *Femina*
White and green Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 641. 30.

HABITAT in *Cayana.*—7 pollices longa.

Roſtrum

Digitized by Google

Roſtrum nigrum: *pedes* rubri: *alæ* albo maculatæ.
Femina abſque pectore ruſo.

36. braſilienſis. A. rufeſcens, caſtaneo fuſco alboque varia, ſubtus alba, faſcia oculari fuſca.
Alcedo braſilienſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 450.
Iſpida braſilienſis, *Briſ.*. iv. p. 510. 19.—*Id.* 8vo. ii. p. 187.
Le Gip-gip, *Buf.* vii. p. 217.
Braſilian Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 641. 31.

Habitat in *Braſilia*; *Iſpidæ* magnitudine.
*Roſtrum oculi*que nigri: *remiges* et *rectrices* albo notatæ.

37. inda. A. brach. virens ſubtus fulva, faſcia pectorali nebuloſa.
Alcedo inda, *Lin. Syſt.* i. p. 179. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 448.
Spotted Kingsfiſher, *Edw.* t. 335.—*Lath. Syn.* ii. p. 642. 32.

Habitat in *Guiana*.—7 pollices longa.
Roſtrum nigricans: *pedes* rubri: per oculos faſcia nigra, ſupra et infra fulva: *uropygium, alæ, cauda* albo maculata.

38. ſurinamenſis. A. brach. cærulea, ſubtus ruſo-alba, pectore ruſo cæruleo undato, vertice cæruleo-nigro maculis tranſverſis viridibus.
Alcedo ſurinamenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 448.
Martin-pêcheur, *Ferm. Surin.* ii. p. 181.
Surinam Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 642. 33.

Habitat in *Surinamo, Guiana*; *Merula* minor.
Roſtrum nigrum: *dorſum* lineis obſoletis nigris.

39. ſuperciliosa. A. ſubmacr. viridis, ſubtus alba, faſcia viridi, ſuperciliis fulvis.
Alcedo ſuperciliosa, *Lin. Syſt.* i. p. 179. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 450.
Iſpida americana viridis, *Briſ.* iv. p. 490. 9.—*Id.* 8vo. ii. p. 181.
Supercilious Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 643. 34.—*Edw.* t. 245.

Habitat in *Cayana*; 5 pollices longa.
Roſtrum nigrum: *pedes* carnei. In ave ab *Edwardo* deſcripta, *macula* inter roſtrum et oculos, non *faſcia*.

β. A. ſubmacr. viridis, ſubtus fulva, faſcia pectorali viridi, collari fulvo.
Le Martin-pêcheur vert et orangé, *Buf.* vii. p. 218.
——— ——— petit vert, *Pl. Enl.* 756. 2. *Mas.* 3. *Femina.*

HABITAT in *Cayana*.—5 pollices longa.

Corpus ſupra griſeo-viride: *humeri* rufo maculati: *remiges* fuſci maculis rufis: *gula* et macula *abdominis* alba.

Femina ſubtus tota rufa, abſque faſcia.

40. leucorynicha. A. cæruleo-viridis, ſubtus flaveſcens, capite et cervice caſtaneo-purpureis, roſtro albo.

Alcedo leucorhyncha, *Gmel. Syſt.* i. p. 450.

—— americana, ſeu apiaſtra, *Seba*, i. p. 87. t. 53. t. 3.

Iſpida americana cærulea, *Briſ.* iv. p. 505. 16.—*Id.* 8vo. ii. p. 186.

—— roſtro albo, *Klein. Av.* p. 35. 4.

Le Martin-pêcheur à bec blanc, *Buf.* vii. p. 200.

White-billed Kingsfiſher, *Lath. Syn.* ii. p. 644. 35.

HABITAT in *America*.—4¼ pollices longa.

Roſtrum albidum: *cauda* ſupra cærulea, ſubtus cinerea.

** Pedibus tridactylis.

41. tridactyla. A. brachyura, ſupra caudaque rufa, ſubtus flava, pedibus tridactylis.

Alcedo tridactyla, *Linn. Mant.* 1771. p. 524.—*Pall. Spic.* vi. p. 10. t. 2. f. 1.—*Voſmaer. monog. Amſt.* 1768. t. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 459.

Three-toed Kingsfiſher, *Syn. Av.* ii. p. 645.

HABITAT in *India*, *Surinamo? Iſpida* minor.—4 pollices longa.

Altera avis ſupra tota rufa, etiam cauda; ventre poſtico flavo.—Altera dorſo cæruleo, tota ſubtus flava: *gula* alba, *genæ* flavæ: *remiges* nigræ.

β. A. brach. pallide violaceo-rubeſcens, ſubtus alba, alis cæruleo-atris, remigibus margine cæruleis.

Martin-pêcheur de l'iſle de Luçon, *Son. Voy.* p. 66. t. 32.

HABITAT in *Luzonia*.

GENUS

Genus XXV. SITTA.

Roſtrum ſubulatum, teretiuſculum, rectum, porrectum, integerrimum, mandibula ſuperiore paulo longiore, apice compreſſo angulato.
Lingua brevis, apice mucronato.
Pedes ambulatorii; digitus poſticus elongatus, validus.

1.
europæa. S. cinerea ſubtus ruſeſcens, rectricibus nigris, lateralibus quatuor infra apicem albis.

Sitta europæa, *Lin. Syſt.* i. p. 177.—*Faun. Suec.* N° 104.—*Gmel. Syſt.* i. p. 440. *Scop. Ann.* N° 57.—*Kram. El.* p. 362.—*Mull.* N° 102.—*Brun.* N° 42.—*Friſch.* t. 39.—*Raii Syn.* p. 47. A. 4.—*Will.* p. 98. t. 23.—*Ger. Orn.* ii. p. 54. t. 193.—*Briſ.* iii. p. 588. 1. t. 29.—*Id.* 8vo i. p. 474.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 139. t. 18.—*Schæf. El.* t. 62.
Parus facie Pici, *Klein. Av.* p. 87. 15.—*Id. Stem.* p. 16. t. 17. f. 6. a. b. —*Id. Ov.* p. 28. t. 4. f. 6.
La Sittelle, ou Torchepot, *Buf.* v. p. 460. t. 20.—*Pl. Enl.* 623. f. 1.
Blau Specht, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 64.
Klauber, *Wirſ. Vog.* t. 7.
Picchio grigio, Raparino, *Zinnan. Uov.* p. 74. t. 12. f. 65. 2.
Nuthatch, *Br. Zool.* i. N° 89. t. 38.—*Id.* fol. 81. t. H.—*Will. (Angl.)* p. 142.—*Plot. Oxf.* p. 175.—*Alb.* ii. t. 28.—*Phil. Tranſ.* xxviii. p. 170.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 53.—*Arct. Zool.* ii. N° 170.—*Lath. Syn.* ii. p. 648.—*Id. Sup.* p. 117.

Habitat in *Europa*, *Aſia*; in *Anglia* ſatis frequens.—5¼ pollices longa. Truncos arborum frequentat, larvas ſub cortice effodiens. Nuces roſtro perforat et edit. Nidum ſtruens reperto congruo foramine arboris, illud limo oblinit pro capacitate ingreſſus.

Linea atra per oculos et aures: *uropygium* albo ferrugineoque varium: *rectrix* 1 faſcia alba; 2 macula alba; 3, 4 apice albo; 5 dorſo concolor.

Ovum album, maculis difformibus ſanguineis.

Digitized by Google

A. Sitta minor, *Briſ.* iii. p. 592.—*Id.* 8vo. i. p. 475.—*Belon. Hiſt.* p. 305.
La petite Sittelle, *Buf.* v. p 470.
Leſſer Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 650. 1. A.

Forma et coloribus cum præcedente perfecte convenit; ab illa tantum diſcrepat magnitudine, quâ ei cedit.

2. canadenſis. S. cinerea, ſubtus dilute rufa, faſcia ſuperciliari candida pone oculos nigricante, rectricibus lateralibus quatuor extimis apice intus albis.
Sitta canadenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 177. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 441.—*Briſ.* iii. p. 592. 2. t. 29. f. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 475.
La Sittelle, ou Torchepot du Canada, *Buf.* v. p. 471.—*Pl. Enl.* 623. f. 2.—*Ger. Orn.* ii. p. 54. t. 193.
Canada Nuthatch, *Arct. Zool.* ii. N° 170.—*Lath. Syn.* ii. p. 651. 2.

Habitat in *Canada*; affinis nimium *Europææ*, at minor.—Vix 5 pollices longa. An diſtincta ſpecies?

Rectrices 2 intermediæ cinereo-griſeæ, 4 extimæ nigræ, apice exterius cinereæ, interius albæ.

3. carolinenſis. S. cinerea, ſubtus candicans, abdomine imo rufeſcente, capite et collo ſuperiore nigris, rectricibus lateralibus albo nigroque variis.
Sitta europæa, *Lin. Syſt.* i. p. 177. 1. β.
—— carolinenſis, *Briſ.* iii. p. 596. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 476.
Parus facie Pici, *Klein. Av.* p. 87. 15?
Sittelle à tête noire, *Buf.* v. p. 473. Var. 5.
Smaller Loggerhead, *Brown. Jam.* p. 475.
Black-headed Nuthatch, *Arct. Zool.* N° 171.—*Cateſ. Car.* i. p. 22.—*Lath. Syn.* ii. p. 650. B.—*Id. Sup.* p. 117.

Habitat in *America, Jamaica*; *Europæa* minor.—5¼ pollices longa.

4. jamaicenſis. S. cinerea, ſubtus alba, vertice nigro, rectricibus lateralibus nigricantibus, apice lineis tranſverſis albis notatis.
Sitta Jamaicenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 178. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 441.—*Briſ.* iii. p. 594. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 476.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 140. 2.
Sitta major capite nigro, *Raii Syn.* p. 185.
La Sittelle à huppe noire, *Buf.* v. p. 472.
Loggerhead, *Brown. Jam.* p. 475.—*Sloan. Jam.* ii. p. 300. t. 259. f. 1.
Jamaica Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 652. 3.

Habitat in *Guiana, Jamaica.*—5¼ pollices longa.—Victitat inſectis.—Stolida avis.

† A. Sitta

A. Sitta jamaicenſis minor, *Briſ.* iii. p. 596.—*Buf.* v. p. 473.
Leaſt Loggerhead, *Brown. Jam.* p. 475.—*Lath. Syn.* ii. p. 653. 3. A.

A præcedente differt *corpore* minore.

5. puſilla. S. cinerea, ſubtus ſordide alba, capite fuſco, macula occipitis ſordide alba, rectricibus lateralibus nigris.
Sitta carolinenſis minor, *Briſ.* iii. p. 598. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 477.—*Klein. Av.* p. 87. 15?
La petite Sittelle à tête brune, *Buf.* v. p. 474. var. 6.
Loggerhead, *Sloan. Jam.* p. 301. t. 259. f. 2.
Small Nuthatch, *Cat. Car.* i. t. 22.—*Arct. Zool.* ii. N° 172.
Leaſt Nuthatch, *Syn. Av.* ii. p. 651. C.—*Id. Sup.* p. 118.

Habitat in *Carolina, Jamaica*; parva ſpecies, et uti præcedens ſtupida.—4½ pollices longa.

6. major. S. griſea, ſubtus albeſcens, gula alba, remigibus rectricibuſque fuſcis, margine fulvis.
Sitta major, *Gmel. Syſt.* i. p. 442.
Sitta, ſeu Picus cinereus major, roſtro curvo, *Raii Syn.* p. 186. 34.
La grande Sittelle à bec crochu, *Buf.* v. p. 475.
Another ſort of Loggerhead, *Sloan. Jam.* p. 301.
Great Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 653. 4.

Habitat in *Jamaica.*—7½ pollices longa.—Victitat vermibus, cimicibus.
Roſtrum medio tumidum, apice aduncum.

7. nævia. S. plumbea albo maculata, ſubtus cæruleo-cinerea, lineis longitudinalibus albis, gula alba.
Sitta nævia, *Gmel. Syſt.* i. p. 442.
La Sittelle grivelée, *Buf.* v. p. 476.
Wall-creeper of Surinam, *Edw.* t. 346.
Spotted Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 634. 5.

Habitat in *Surinamo.*—6 pollices longa.
Roſtrum et *pedes* fuſci: *tectrices* alarum apice albæ.

8. ſurinamenſis. S. caſtaneo-rufa, ſubtus rufeſcente-alba, alis nigris, tectricibus albo maculatis, cauda nigra apice alba.

Sitta

Sitta ſurinamenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 442.
Surinam Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 654. t. 28.

HABITAT in *Surinamo*; hujus generis minima.—3½ pollices longa.
Roſtrum fuſcum, rectiuſculum, apice nonnihil aduncum: *occiput* et *cervix* maculis oblongis nigris.

9. caffra. S. ſupra flavo nigroque varia, ſubtus flava, pedibus nigris.
Sitta caffra, *Muſ. Carlſ.* faſc. i. t. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 442.
Cape Nuthatch, *Lath. Syn. Sup.* p. 118.

HABITAT ad *Caput Bonæ Spei.*—8½ poll. longa.
Rectrices nigricantes apice flaveſcentes.

10. longiroſtra. S. cæruleſcens, ſubtus pallide ruſeſcens, remigibus primoribus apice fuſcis, loris nigris.
Long-billed Nuthatch, *Lath. Syn. Sup.* p. 118.

HABITAT in *Batavia.*—8 pollices longa.
Roſtrum longius quam in congeneribus, nigrum, baſi pallidum: *frons* et *genæ* albæ: a rictu oris per oculos utrinque ad latera colli vitta nigra: *pedes* fuſci.

11. Chloris. S. corpore ſupra viridi, ſubtus candido, cauda atra, ultimo apice flavicante.
Sitta Chloris, *Muſ. Carlſ.* faſc. ii. t. 33.

HABITAT in provincia *Promontorii Bonæ Spei, Akter Brunties* dicta; magnitudine *Surinamenſis.*
Roſtrum capite longius, ſubtus verſus apicem nigricans: *remiges* fuſcæ, margine exteriore vireſcentes, tranſverſaliter in medietate flavicantes, hinc faſcia alarum tranſverſalis tenuis flaveſcens: *uropygium* flavicans: *cauda* brevis, *rectricibus* atris, extimo apice flavicantibus: *pedes* longiuſculi.

GENUS

Digitized by Google

GENUS XXVI. TODUS.

Roſtrum tenue, depreſſum, latum, baſi ſetis patulis.
Nares ovatæ, parvæ.
Pedes greſſorii, digitus exterior medio baſi connexus.

1. viridis. T. viridis, ſubtus roſeo-flaveſcens, pectore rubro.
Todus viridis, *Lin. Syſt.* i. p. 178.—*Gmel. Syſt.* i. p. 442.—*Briſ.* iv. p. 528. 1. t. 41. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 192.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 141. t. 19.
Sylvia gula phœnicea, *Klein. Av.* p. 79. 16.
Rubecula viridis elegantiſſima, *Raii Syn.* p. 187. 40.—*Sloan. Jam.* ii. p. 306. t. 263. f. 1.—*Brown. Jam.* p. 476.
Le Todier de l'Amerique ſeptentrionale, *Buf.* vii. p. 225. t. 11.—*Pl. Enl.* 585. f. 1. 2.
Green Sparrow, or Humming-bird, *Edw.* t. 121.
Green Tody, *Gen. Birds*, p. 61. t. 6. f. 1.—*Lath. Syn.* ii. p. 657. 1.

HABITAT in *America calidiore*, inſuliſque vicinis; incauta, ſolitaria, ſtupida avis; victitans inſectis mollioribus.—4 pollices longus.
Roſtrum fuſcum, ſubtus fulvum: *irides* avellaneæ: *cauda* rotundata.
Mas corpore ſupra pallide cæruleo, *abdomine* albo, *pectore* roſeo.

2. cinereus. T. cinereus, ſubtus luteus, rectricibus binis intermediis nigricantibus, lateralibus fuſcis apice albis.
Todus cinereus, *Lin. Syſt.* i. p. 178.—*Gmel. Syſt.* i. p. 443.—*Briſ. App.* p. 134.—*Id.* 8vo. ii. p. 193. 3.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 141. 2.
Le Tic-tic, ou Todier, *Buf.* vii. p. 227.—*Pl. Enl.* 585. 3.
Grey and yellow Flycatcher, *Edw.* t. 262.—*Pall. Spic.* vi. t. 3. A. *(Roſtrum.)*
Cinereous Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 658. 2.

HABITAT in *Surinamo, Guiana*; præcedente paulo major.
Sinciput nigrum: *cauda* cuneiformis.
Femina cauda apice concolore.

Digitized by Google

3.
fuſcus. T. ferrugineo-fuſcus, ſubtus olivaceus albo maculatus, alis faſcia nigricante, cauda ferruginea.
Todus fuſcus, *Gmel. Syſt.* i. p. 444.
Brown Tody, *Gen. Birds,* p. 62. t. 6. f. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 659. 3.

HABITAT in *America meridionali*; *viridi* major.

4.
cæruleus. T. cyaneus, ſubtus fulvus, gula alba, ſub oculis macula purpurea.
Todus cæruleus, *Gmel. Syſt.* i. p. 444.
Le Todier bleu à ventre orangé, *Buf.* vii. p. 229.
Todier de Juida, *Pl. Enl.* 783.—*Salern. Orn.* p. 126.
Blue Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 659. 4.

HABITAT in *America*; magnitudine *viridis*.—3½ pollices longus.
Roſtrum et *pedes* incarnati.

5.
varius. T. cæruleo nigro viridique varius, capite colloque cæruleo-nigris, tectricibus alarum viridibus.
Todus varius, *Briſ.* iv. p. 531. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 193.—*Gmel. Syſt.* i. p. 444.
Le Todier varié, *Buf.* vii. p. 229.
Iſpida indica, *Aldr. Av.* iii. p. 520.
Variegated Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 659. 5.

HABITAT in *India*; magnitudine *Reguli*.
Roſtrum et *pedes* nigri.

6.
leucocephalus. T. nigricans, capite gula colloque ſuperiore albis.
Todus leucocephalus, *Pall. Spic.* vi. t. 3. f. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 444.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 141. 3.
White-headed Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 660. 6. t. 29.

HABITAT in *America meridionali*; *Phœnicuri* magnitudine.
Roſtrum nigricans, *mandibula* inferiore baſi albida: *cauda* brevis.

7.
brachyurus. T. niger, ſincipite genis corporeque ſubtus albis, cauda abbreviata.
Todus brachyurus, *Gmel. Syſt.* i. p. 444.
Todi ſpecies ſeptima, *Pall. Spic.* vi. p. 18.
Short-tailed Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 660. 7.

HABITAT in *America meridionali*; præcedente minor.
Roſtrum obſcurum: *cauda* breviſſima.

T. plumbeo-

Digitized by Google

8.
plumbeus. T. plumbeo-nigricans, ſubtus niveus, vertice remigibus rectricibuſque nigricantibus.
Todus plumbeus, *Gmel. Syſt.* i. p. 444.
Todi ſpecies tertia, *Pall. Spic.* vi. p. 17.
Plumbeous Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 661. 8.

Habitat in *Surinamo*; magnitudine *Reguli*.
Remiges margine exteriore albæ: *cauda* apice integra.

9.
obſcurus. T. olivaceo-fuſcus, ſubtus albo-flaveſcens, gula pallida.
Todus obſcurus, *Gmel. Syſt.* i. p. 445.
Todi ſpecies quarta, *Pall. Spic.* vi. p. 17.
Duſky Tody, *Arct. Zool.* N° 173.—*Lath. Syn.* ii. p. 661. 8.

Habitat in *America ſeptentrionali*; magnitudine *Mot. modularis*.—Arbores emortuas frequentat. Suave cantillat.

10.
regius. T. fuſco-nigricans criſtatus, pectore albido nigricante tranſverſim ſtriato, gula ſuperciliiſque albis, abdomine uropygio caudaque rufis.
Todus regius, *Gmel. Syſt.* i. p. 445.
Le Roi des Gobe-mouches, *Buf.* iv. p. 552.
Tyran huppé de Cayenne, *Pl. Enl.* 289.
King Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 662. 10.

Habitat in *Cayana*; rarus.—7 pollices longus.
Roſtrum fuſcum: *pedes* incarnati: *criſta* verticis tranſverſa, caſtaneo-rubra: pennis in ſeriebus 4 vel 5 gradatim poſitis, apice nigris.

β. T. criſta coccinea, corpore fuſco albo maculato.
Todus criſtatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 446.—*Naturf.* xvii. p. 21. 5. t. 1.

Habitat in *Guinea*.
Pennæ *criſtæ* apice nigro-marginatæ: *roſtrum* depreſſum, tenue, lanceolatum, obtuſum: *nares* exiguæ, parum tectæ: *corpus* ſupra obſcurum, ex griſeo fuſcum: *tectrices alarum* adſperſo albo, *remiges* nigricantes: *gula* ex albido cinerea: *pectus* et *abdomen* fuſco et obſcure cinereo undulata: *rectrices* fuſcæ, ſubtus dilutius, 2 intermediæ nigricantes.

11.
ferrugineus. T. ferrugineo-nigricans, ſubtus ferrugineus, genis albo nigroque maculatis, remigibus ſemifaſcia ferruginea.

Digitized by Google

Todus ferrugineus, *Gmel. Syſt.* i. p. 446.
Ferruginous-bellied Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 662. 11.

Habitat in *America ſeptentrionali.*—7½ pollices longus.
Roſtrum nigrum: pone oculos faſcia pallida. In quibuſdam *corpus* ſupra fuſcum.

12. gularis. T. fuſcus, ſubtus albidus, pectore fuſco variegato, gula alba.
Todus novus, *Gmel. Syſt.* i. p. 446.
White-chinned Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 663. 12.

Magnitudo *Merulæ.*—9 pollices longus.
Roſtrum valde depreſſum, apice ſubaſcendens: *pedes* rugoſi, ſegmentis elevatis.

13. roſtratus. T. roſtro latiſſimo, corpore luteo-fuſco ſubtus luteo, gula maculaque verticis albis.
Todus platyrhynchos, *Gmel. Syſt.* i. p. 446.
Todi ſpecies octava, *Pall. Spic.* vi. p. 19. t. 3. C. (*Roſtrum.*)
Broad-billed Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 664. 13.

Magnitudo *Luſciniæ.*—*Roſtrum* planum, naribus excavatis: macula verticis longitudinalis alba.

14. naſutus. T. roſtro latiſſimo, corpore nigro, gula uropygio abdomine criſſoque coccineis.
Todus macrorhynchos, *Gmel. Syſt.* i. p. 446.
Great-billed Tody, *Lath. Syn.* ii. p. 664. t. 30.

Magnitudo præcedentis, cui roſtro ſimilis.—8 pollices longus.
Pennæ ſcapulares ſex ſubulatæ, incurvatæ, albæ: margo exterior alarum flavus.

15. flavigaſter. T. fuſco-cinereus, ſubtus luteus, roſtro pallido, pedibus obſcuris.

Habitat in *N. Hollandia*; magnitudine *obſcuri.*—6 pollices longus.
Roſtrum breve, valde depreſſum, pallide corneum, baſi ſetis ſparſis inſtructum: *caput* totum, *gula*, *dorſum*, *alæ*, *cauda*, fuſco-cinerea: *corpus* ſubtus a *gula* luteum: *pedes* obſcure fuſci.

Genus

Digitized by Google

GENUS XXVII. MEROPS.

Roſtrum ſubquadrangulare, ſubincurvatum, ſubulatum.
Lingua apice laciniata pleriſque.
Pedes greſſorii.

1. apiaſter. M. dorſo ferrugineo, abdomine caudaque viridi-cæruleſcente, rectricibus duabus longioribus, gula lutea.

Merops apiaſter, *Lin. Syſt.* i. p. 182. 1.—*Muſ. Adolp.* ii. p. 21.—*Gmel. Syſt.* i. p. 460.—*Scop. Ann.* i. N° 63.—*Raii Syn.* p. 49. 3.—*Will.* p. 102. t. 24.—*Briſ.* iv. p. 532.—*Id.* 8vo. ii. p. 194.—*Klein. Av.* p. 110. 10.—*Id. Stem.* p. 24. t. 25. f. 1. a. b.—*Faun. Arag.* p. 73. *Borowſk. Nat.* ii. p. 147. 2.—*Dec. Ruſſ.* i. p. 107.
Merops galilæus, *Haſſelq. It.* 247.—*Id. (ed. Angl.)* p. 198.—*Faun. Arab.* p. 1.
Bienenfraas, *Wirſing. Vog.* t. 27.
Le Guépier, *Buf.* vi. p. 480. t. 23.—*Pl. Enl.* 938.—*Ferm. Surin.* ii. p. 184?
La Merope, *Cet. uc. Sard.* t. p. 93.
Iſpida cauda molli, *Kram. El.* p. 337.
Gnat-ſnapper, *Kolb. Cap.* ii. p. 154.
Bee-eater, *Will. (Angl.)* p. 147.—*Alb.* ii. t. 44.—*Lath. Syn.* ii. p. 667. 5. —*Id. Sup.* p. 119.

HABITAT in *Europa, Aſia, Africa,* forſan in *America meridionali*; in *Ruſſia* auſtraliore maxime frequens, nidificans in cavernis ſubterraneis; gregarius. Victitat cicadis, apibus, muſcis, culicibus.—10 pollices longus.—Canorus.

Roſtrum nigrum: *irides* et *pedes* rubri. Variat *cauda* apice integra.

β. Merops ſchæghagha, *Forſk. Faun. Arab.* p. 1. 3.

HABITAT *Arabiæ Yemen,* frequens in ſylvis; inſectis veſcitur.

Cum priore exacte quadrat, at *roſtrum* carinatum non eſt, ſed convexum; nec digiti infimo articulo coadunati.

2. viridis. M. virens, faſcia pectorali nigra, gula caudaque cæruleis, rectricibus duabus intermediis elongatis.

Merops viridis, *Lin. Syſt.* i. p. 182. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 460.—*Amœn. Acad.* iv. p. 237.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 146. t. 21.
Iſpida viridis ſupra ferrruginea, *Oſb. It.* p. 96.—*Id. (ed. Angl.)* i. p. 147.
Apiaſter madagaſcarienſis torquatus, *Briſ.* iv. p. 549. 8. t. 42. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 198.
Guépier à collier de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 740.
Le Guépier vert à gorge bleue, *Buf.* vi. p. 497.
Indian Bee-eater, *Edw.* t. 183.—*Gen. of Birds*, p. 60. t. 7.—*Lath. Syn.* ii. p. 672. 2.

HABITAT in *Bengala*; magnitudine *Paſſeris.*—8½ pollices longus. *Roſtrum* nigrum: faſcia per oculos nigra: *pedes* fuſci.

β. Apiaſter bengalenſis torquatus, *Briſ.* iv. p. 552. 9.—*Id.* 8vo. ii. p. 199.
Bengal Bee-eater, *Alb.* iii. t. 30.—*Lath. Syn.* ii. p. 671. A.

A priore differt *corpore* longiore, *ſincipite* cæruleo.

γ. M. totus viridis, gula flava, linea ad latera capitis nigra, remigibus apice fuſcis.
Merops ægyptius, *Faun. Arab.* p. 1. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 671. B.

HABITAT in *Ægypto*, ubi pulli venales proſtant menſe Junio. *Roſtrum* nigrum, rectiuſculum: *lingua* apice non laciniata, ſed bidentata: *pedes* incarnati: *cauda* æqualis.

δ. Apiaſter philippenſis minor, *Briſ.* iv. p. 555. 10. t. 42. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 200.—*Lath. Syn.* ii. p. 672. C.

HABITAT in inſulis *Philippenſibus*, et variat tænia infra oculos *gula*que cæruleis, *rectricibus* æqualibus, duabus intermediis nigris ſtrictioribus.

ε. Indian Bee-eater, *Lath. Syn. Sup.* p. 120.

HABITAT in *India.*—In hac varietate *ſinciput* luteum; *gula* cærulea; alioquin cum primo colore convenit.

3. congener. M. flaveſcens, uropygio vireſcente, remigibus apice rubris, rectricibus baſi luteis.
Merops congener, *Lin. Syſt.* i. p. 183. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 461.—*Raii Syn.* p. 49. 4.—*Will.* p. 103.—*Klein. Av.* p. 110. 12.

Digitized by Google

Apiaſter icterocephalus, *Briſ.* iv. p. 537. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 195.
L'Icterocephale, ou Guépier à tête jaune, *Buf.* vi. p. 510.
The other Bee-eater of Aldrovandus, *Will. (Angl.)* p. 148.
Yellow-headed Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 672. 3.

HABITAT in *Europa auſtrali*; *Apiaſtro* paulo minor.
Faſcia per oculos nigra: *dorſum* caſtaneum: *tectrices alarum* minores cæruleſcentes, majores flavæ: *remiges* nigræ apice rubræ.

4. ſuperciliofus. M. viridis, linea frontis ſupra infraque oculos alba, gula flavicante, rectricibus duabus elongatis.
Merops ſuperciliofus, *Lin. Syſt.* i. p. 183. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 461.
Apiaſter madagaſcarienſis, *Briſ.* iv. p. 546. 7. t. 42. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 197.
Le Patirich, *Buf.* vi. p. 495.
Guépier de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 259.
Supercilious Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 673. 4.

HABITAT in *Madagaſcaria.*—11¼ pollices longus.
Roſtrum et *regio oculorum* nigra.

β. Autre Guépier de Madagaſcar, *Buf.* vi. p. 496.

A priore differt *roſtro* graciliore, *cauda* apice æquali, vittis capitis *uropygio cauda*que cæruleo-viridibus.

γ. Merops perſica, *Pall. It.* ii. p. 708. 16. t. D.

HABITAT in ripis præruptis *maris Caſpii*, omnium avium tardiſſime *Gurjeuum* advolans.

5. philippinus. M. viridis, ſubtus flaveſcens, uropygio cæruleo, cauda æquali.
Merops philippinus, *Lin. Syſt.* i. p. 183. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 461.
Apiaſter philippenſis major, *Briſ.* iv. p. 560. 12. t. 43. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 201.
Le Guépier vert à queue d'azur, *Buf.* vi. p. 404.
Grand Guépier des Philippines, *Pl. Enl.* 57.
Philippine Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 674. 5.

HABITAT in *Philippinis.*—8¼ pollices longus.
Roſtrum, pedes, apiceſque *remigum* nigra: linea per oculos nigra.

M. rubro

Digitized by Google

6.
cinereus. M. rubro flavoque variegatus, ſubtus flavo-rubeſcens, capite griſeſcente, rectricibus duabus longiſſimis rubris.
Merops cinereus, *Lin. Syſt.* i. p. 183.—*Gmel. Syſt.* i. p. 462.—*Klein. Av.* p. 110. 11.
Apiaſter mexicanus, *Briſ.* iv. p. 541. 5.—*Id.* 8vo. ii. p. 196.
Avicula de Quauhcilui, *Seb. Muſ.* i. p. 50. t. 31. f. 10.
Le Guépier à tête griſe, *Buf.* vi. p. 491.
Cinereous Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 675. 6.

Habitat in *Mexico*; *Alaudæ* magnitudine.—9½ pollices longus. *Roſtrum* viride: *caput*, *remiges*, et *rectrices* laterales cinerea.

7.
flavicans. M. flavus, ſubtus albidus, capite albo flavo aureoque vario, pectore rubro, alis uropygio caudaque rufis.
Merops flavicans, *Gmel. Syſt.* i. p. 462.
Manucodiata ſecunda Aldr. *Raii Syn.* p. 21. 2.—*Will.* p. 56. t. 11.—*Klein. Av.* p. 63. 2.
Apiaſter flavicans, *Briſ.* iv. p. 539. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 196.
Le Guépier à tête jaune et blanche, *Buf.* vi. p. 490.
Aldrovandus's ſecond Bird of Paradiſe, *Will. (Angl.)* p. 91. t. 11.
Yellow Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 676. 7.

Habitat in *Aſia?*—20 pollices longus.
Roſtrum viridi-flavicans: *oculi* flavi: *palpebræ* rubræ: *rectrices* duæ intermediæ longiſſimæ.

8.
coromandus. M. flaveſcens, lateribus colli remigibus rectricibuſque flavis, tectricibus alarum dorſo uropygioque cæruleſcenti-undulatis, per oculos ſtriga nigra.
Le Guépier jaune de Coromandel, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 213. t. 119.
Coromandel Bee-eater, *Syn. Av. Sup.* p. 120.

Habitat in *India*, *Coromandela*.
Roſtrum et *pedes* nigri: *irides* pallide rufæ: *gula* vireſcens.

9.
braſilienſis. M. fuſco nigroque varius, capite gula tectricibus alarum minoribus corporeque ſubtus rubris, remigibus caudaque cæruleis.
Merops braſilienſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 462.
Apiaſter braſilienſis, *Briſ.* iv. p. 540. 4.—*Id.* 8vo. ii. p. 196.—*Klein. Av.* p. 110. 12.
Pica braſilienſis, *Seb. Muſ.* i. t. 66. f. 1.

Le

Digitized by Google

Le Merops rouge et bleu, *Buf.* vi. p. 479.
Braſilian Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 676. 8.

HABITAT in *Braſilia*; *Apiaſtri* magnitudine.—9 pollices longus.
Roſtrum et *pedes* flavi: *tectrices* alarum minores ruberrimæ.

10.
caſtaneus. M. viridi-cæruleus, vertice cervice penniſque ſcapularibus caſtaneis, tænia ſuboculari ad nucham fuſca.
Merops badius, *Gmel. Syſt.* i. p. 462.
Apiaſter ex Franciæ inſula, *Briſ.* iv. p. 543. 6. t. 44. f. 2—*Id.* 8vo. ii. p. 197.
Le Guépier marron et bleu, *Buf.* vi. p. 493.
——— de l'iſle de France, *Pl. Enl.* 252.
Cheſnut Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 677. 9.

HABITAT in *Franciæ inſula.*—11 fere pollices longus.
Alæ virides: *remiges* virides intus fulvæ, 13 intermediæ apice nigro: *Cauda* cærulea, intus margine griſeo, *rectricibus* 2 intermediis reliquis multo longioribus.

A. Le Guépier marron et bleu du Senegal, *Buf.* vi. p. 494.
Guépier à longue queue du Senegal, *Pl. Enl.* 314.—*Lath. Syn.* ii. p. 678. A.

HABITAT in *Senegala.*—12 pollices longus.
A priore differt *tectricibus* alarum *remigibuſ*que caſtaneis; cæteris priori ſimilis eſt.

11.
chryſocephalus. M. viridi-aureus, gula lutea, ſincipite ſuperciliis corporeque ſubtus viridi-cæruleis, vertice cerviceque aureo-rubris.
Merops chryſocephalus, *Gmel. Syſt.* i. p. 463.
Le grand Guépier vert et bleu à gorge jaune, *Buf.* vi. p. 502.
Yellow-throated Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 678. 10.

HABITAT in *Aſia?*—10 pollices longus.

12.
angolenſis. M. viridi-nitens, ſubtus viridi-cæruleus, gula lutea, jugulo caſtaneo, per oculos faſcia cinerea nigro maculata.
Merops angolenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 463.
Apiaſter angolenſis, *Briſ.* iv. p. 558. 11. t. 44. f. 1. A.—*Id.* 8vo. ii. p. 200.

Digitized by Google

Le petit Guépier vert et bleu à queue étagée, *Buf.* vi. p. 503.
Angola Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 679. 11.

HABITAT in *Angola.*—5½ pollices longus.—*Cauda* cuneiformis.

13.
erythrocephalus. M. viridis, ſubtus rubeo-luteſcens, capite rubro, gula lutea, per oculos vitta nigra.
Merops erythrocephalus, *Gmel. Syſt.* i. p. 463.
Apiaſter indicus erythrocephalus, *Briſ.* iv. p. 563. 13. t. 44. f. 3. A.—*Id.* 8vo. ii. p. 201.
Guépier à tête rouge, *Buf.* vi. p. 508.
Red-headed Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 679. 12.

HABITAT in *India.*—6 pollices longus.
Roſtrum nigrum: *irides* rubræ: *rectrices* æquales, laterales intus cinereæ.

14.
cæruleocephalus. M. ruber, capite gula uropygioque cæruleo-viridibus, cauda ſubforcipata.
Merops nubicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 464.
Le Guépier rouge à tête bleue, *Buf.* vi. p. 506.
———— de Nubie, *Pl. Enl.* 649.
Blue-headed Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 680. 13.

HABITAT in *Nubia.*—10 pollices longus.
Roſtrum nigrum: *remiges* majores apice cæruleo-griſeæ: *pedes* cinerei.

15.
erythropterus. M. fuſco-viridis, ſubtus albidus, remigibus rectricibuſque rubris apice nigris, gula lutea.
Merops erythropterus, *Gmel. Syſt.* i. p. 464.
Le Guépier rouge et vert du Senegal. *Buf.* vi. p. 507.—*Pl. Enl.* 318.
Red-winged Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 681. 14. t. 31.

HABITAT in *Senegala.*—6 pollices longus.
Roſtrum et *pedes* nigri.

16.
cayanenſis. M. viridis, alis caudaque rufis, remigibus baſi albis.
Merops cayanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 464.
Le Guépier vert à ailes et queue rouſſes, *Buf.* vi. p. 509.—*Pl. Enl.* 454.
Cayenne Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 681.

HABITAT in *Cayana.*
Roſtrum nigrum: *remiges* et *rectrices* lateribus nigræ: *pedes* flaveſcentes longiores.

M. varius,

Digitized by Google

17. ſurinamenſis. M. varius, nucha rubeſcente, collo viridi-luteo, remigibus vireſcentibus nigro cæruleoque variegatis.
Merops ſurinamenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 464.
Le Guépier, *Ferm. Surin.* ii. p. 184.
Surinam Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 682. 16.

HABITAT in *Surinamo*; *Merulæ* magnitudine.
Irides fuſco-rubræ. Victitat inſectis, apibus.

18. cincinnatus. M. viridi-atro-nitens, lateribus juguli utrinque cincinno faſciaque alarum albis.
Merops novæ Seelandiæ, *Gmel. Syſt.* i. p. 464.
New Zealand Creeper, *Brown. Ill.* p. 18. t. 9.—*Forſt. Voy.* i. p. 519.
Poe Bee-eater, *Cook's Voy.* i. p. 48. 150.—*Lath. Syn.* ii. p. 682. 17.

HABITAT in inſula *novæ Zealandiæ* maris pacifici.—11 pollices longus.—Ab incolis veneratur; egregie cantillat. Caro ſapida.
Roſtrum nigrum: *lingua* nigra, apice ſetacea: pennæ *colli* laxæ, longæ, apice criſpatæ, ſcapis albis.

19. faſciculatus. M. nigro-nitens, criſſo faſciculoque axillari flavis, cauda maxime cuneiformi, rectrice extima toto, proxima latere exteriore, alba.
Merops niger, *Gmel. Syſt.* i. p. 465.
Gracula nobilis, *Merrem. Ic.* p. 7. f. 2.
Yellow-tufted Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 683. 18.—*Id. Sup.* p. 120.

HABITAT in *inſulis Sanduicenſibus* maris pacifici; magnitudine *Alaudæ*.—14 pollices longus.—Pennæ flavæ ab incolis ad veſtimenta varia adhibitæ.
Roſtrum nigrum: *nares* membrana tectæ: *lingua* apice ciliata: pennæ capitis et gulæ curtæ, acutiuſculæ: *pedes* nigri.

β. M. nigro-nitens, criſſo faſciculoque axillari flavis, cauda cuneiformi, rectricibus apice albis.
Yellow-tufted Bee-eater, *Dixon's Voy.* p. 357. t. 19.

HABITAT cum priore, præſertim in *Owbybee*.
Variat *rectricibus* 2 intermediis unicoloribus.

γ. M. nigro-nitens, criſſo flavo, cauda cuneiformi, hypochondriis rufis.

HABITAT cum præcedentibus.
In hac ave *rectrices* omnes corpore concolores. An ſexus alter?

Digitized by Google

20. caruncula- tus. M. fuſcus, abdomine flavo, palearibus carunculatis, cauda cuneiformi apice alba.
New Holland Bee-eater, *Phill. Bot. Bay*, t. p. 164.

HABITAT in *nova Hollandia.*—Long. 14¼ poll.
Roſtrum nigrum, *nares* perviæ, membrana ſemitectæ: *vertex* nigricans: ad rictum oris faſcia argentea: pone baſin maxillæ inferioris *caruncula* elongata, aurantia, dependens, uti in *Gallo: corpus* ſupra fuſcum, ſcapis pennarum albidis: *remiges* et *cauda* cuneiformis nigricantia: *remiges* 7 exteriores apice albæ: *rectrices* omnes plus minuſve apice albæ: *pedes* fuſceſcentes, digito exteriore baſi medio connexo.

21. cornicula- tus. M. fuſcus, capite nudiuſculo, corpore ſubtus rectricibuſque apice albidis, corniculo frontali obtuſo.

HABITAT in *nova Hollandia*; magnitudine *T. viſcivori.*—14 poll. longus.
Roſtrum ſubincurvatum, pallide fuſcum, *nares* ovatæ, *lingua* apice ſetacea: ad baſin mandibulæ ſuperioris *cornu* breve obtuſum: *caput* et *collum* ſuperius pennis ſetaceis ſparſis inſtructum; reliquum *corpus* ſupra fuſcum, marginibus pennarum olivaceis, ſubtus pallidum, ad *pectus* albidum: *cauda* integra, *rectricibus* apice albis: *pedes* fuſci, rugoſi.

22. rufus. M. rufus, ſubtus ruſo-flavicans, remigibus fuſcis extus rufis.
Merops rufus, *Gmel. Syſt.* i. p. 465.
Le Fournier de Buenos Ayres, *Buf.* vi. p. 476.—*Pl. Enl.* 739.
Rufous Bee-eater, *Lath. Syn.* ii. p. 683. 19.

HABITAT in *inſulis Bonariis.*—8½ pollices longus.
Roſtrum et *pedes* pallide fuſci: *digiti* baſi membrana deſtituti, *ungue* poſtico reliquis validiore.

23. moluccen- ſis. M. griſeus, genis nigris, orbitis nudis.
Merops moluccenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 465.
Le Polochion, *Buf.* vi. p. 477.
Molucca Bee-eater, *Syn. Av.* ii. p. 684.

HABITAT in *Moluccis*, præſertim in *Bouro*; magnitudine *Cuculi.*—14 pollices longus.
Roſtrum nigrum: *lingua* apice ſetacea: *ſinciput* ad baſin roſtri denudatum: *nucha* albo varia.

GENUS

Digitized by Google

GENUS XXVIII. UPUPA.

Roſtrum longum, arcuatum, ſubcompreſſum, gracile.
Lingua ſagittata pleriſque.
Pedes ambulatorii.

1.
Epops. U. nigricante et rufo-albo variegata, ſubtus rufeſcens, criſta rufeſcente apice nigra, cauda nigra faſcia alba.

Upupa Epops, *Lin. Syſt.* i. p. 183.—*Faun. Suec.* N° 105.—*Gmel. Syſt.* i. p. 466.—*Scop. Ann.* i. N° 62.—*Raii Syn.* p. 48. A. 6.—*Will.* p. 100. t. 24.—*Briſ.* ii. p. 455. t. 43. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 285.—*Friſch.* t. 43.—*Brun.* N° 43.—*Muller*, N° 103.—*Kram. El.* p. 337. *Georgi*, p. 165.—*Sepp. Vog.* t. p. 129.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 152. t. 22.—*Faun. Arag.* p. 74.—*Schæf. El.* t. 70.—*Klein. Av.* p. 110. 14.—*Id. Stem.* p. 24. t. 25. f. 2. a. b. f. 3. a. b.—*Id. Ov.* p. 31. t. 11.—*Hiſt. Prov.* i. p. 489.

La Huppe, *Buf.* vi. p. 439. t. 21.—*Pl. Enl.* 52.

La Bubbola, *Olin. uc.* t. p. 36.—*Cett. uc. Sard.* p. 101.

Wiedhopf, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 27.—*Wirſing. Vog.* t. 15.

Hoopoe, *Br. Zool.* i. N° 90. t. 39.—*Id.* fol. 83. t. L.—*Arct. Zool.* ii. p. 283. A.—*Will. (Angl.)* p. 145.—*Pocock. Trav.* ii. p. 209.—*Alb.* ii. t. 42. 43.—*Edw.* t. 345.—*Gent. Mag.* xlvii. t. p. 313.—*Lewin. Br. Birds*, t. 54.—*Lath. Syn.* ii. p. 687. 1.—*Id. Sup.* p. 122.

HABITAT in *Europa*, *Aſia*, *Africa*.—12 poll. longa.—In *Anglia* ſubinde invenitur, at rariſſime nidificans.

Roſtrum et *pedes* nigri: *irides* avellaneæ: *rectrices* 10 nigræ, faſcia lunari alba: *ovum* ſordide album: cave *nidum* fœtidiſſimum.

2.
capenſis. U. fuſco-nebuloſa, criſta corpore ſubtus maculaque alarum albis.

U. capenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 466.

La Huppe noire et blanche du cap de B. Eſp. *Buf.* vi. p. 463.—*Pl. Enl.* 697.

Madagaſcar Hoopoe, *Lath. Syn.* ii. p. 690. 2.

HABITAT in *Madagaſcaria*, ad *Cap. Bonæ Spei*.—16 poll. longa.

Roſtrum flavicans: *lingua* apice filamentoſa: *criſta* acuminata, antrorſum ſpectans dum erecta: *rectrices* duodecim.

U. criſtata.

3.
paradiſea. U. criſtata ſpadicea, ſubtus cineraſcens, capite colloque nigris, rectricibus duabus intermediis longiſſimis.

Upupa paradiſea, *Lin. Syſt.* i. p. 184. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 467.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 152. 2.
——— manucodiata, *Klein. Av.* p. 110. 15.
Promerops indicus criſtatus, *Briſ.* ii. p. 464. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 287.
Avis paradiſiaca criſtata, orientalis, rariſſima, *Seb.* i. p. 48. t. 30. f. 5.
Le Promerupe, *Buf.* vi. p. 465.
Creſted Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 691. 3.

Habitat in *India*; rariſſima; magnitudine *Sturni.*—19 poll. longa.
Roſtrum et *pedes* plumbei: *verticis* pennæ 2 pollicum in criſtam elongatæ: *rectrices* 2 intermediæ 14, reliquæ 3 pollices longæ.

4.
mexicana. U. griſea, viridi-cæruleo purpureoque variegata, abdomine flaveſcente, rectricibus quatuor intermediis longiſſimis.

Upupa mexicana, *Gmel. Syſt.* i. p. 467.
Promerops mexicanus, *Briſ.* ii. p. 463. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 286.
Avis *Aui* Mexicana, caudâ longiſſimâ, *Seb.* i. p. 73. t. 45. f. 3.—*Klein. Av.* p. 107. iii. 4.
Le Promerops à ailes bleues, *Buf.* vi. p. 467.
Mexican Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 691. 4.

Habitat in *Mexico*; magnitudine *T. muſici.*—18½ pollices longa.—Victitat inſectis, larvis.
Remiges primores pallide cæruleæ.

5.
Promerops. U. fuſca, ſubtus alba, pectore ruſeſcente, uropygio viridi-olivaceo, criſſo luteo, rectricibus 6 intermediis longiſſimis.

Upupa Promerops, *Lin. Syſt.* i. p. 188. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 467.—*Mill. Ill.* t. vi. A.
Merops cafer, *Lin. Syſt.* i. p. 183. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 462.
Merops fuſcus, ani regione flava, *N. C. Petrop.* xi. p. 429. t. 14. f. 1.
Promerops, *Briſ.* ii. p. 461. 1. t. 43. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 286.—*Buf.* vi. p. 469.—*Pl. Enl.* 637.
Le Guépier gris d'Ethiopie, *Buf.* vi. p. 492.
Cape Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 692. 5.

Habitat ad *Caput Bonæ Spei.*—17 pollices longa.
Roſtrum et *pedes* nigri: *lingua* apice ciliata: *pectus* et *abdomen* in quibuſdam maculis fuſcis: *rectrices* 6 intermediæ 12½, extimæ 2 pollices longæ.

Digitized by Google

6.
papuenſis. U. fuſca, ſubtus albo nigroque faſciata, capite colloque atris, rectricibus duabus intermediis longiſſimis.

Merops fuſca, *Gmel. Syſt.* i. p. 468.

Le Promerops brun de la nouvelle Guinée, *Son. Voy.* p. 164. t. 100.—*Pl. Enl.* 638.

Le Promerops brun à ventre rayé, *Buf.* vi. p. 471. t. 22.

New Guinea brown Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 694. 6.

Habitat in *nova Guinea.*—22 pollices longa.

Roſtrum, irides, et *pedes* nigra: *cauda* maxime cuneiformis, *rectricibus* 12, intermediis duabus 13, extimis 4 pollices longis.

*Femina caput collum*que fuſca.

7.
ſuperba. U. atro-violacea, vertice cervice abdomineque ſuperiore viridi-nitentibus, pennis ſcapularibus lateralibuſque caudæ falciformibus, cauda longiſſima.

Upupa magna, *Gmel. Syſt.* i. p. 468.

Le grand Promerops de la nouvelle Guinée, *Son. Voy.* p. 166. t. 101. —*Pl. Enl.* 639.

Grand Promerops à paremens friſés, *Buf.* vi. p. 472.

Grand Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 695. t. 32.

Habitat in *nova Guinea.*—4 fere pedes longa.

Roſtrum et *pedes* nigri: *rectrices* 12; 2 intermediæ 21 pollices, extimæ 5 longæ.

8.
aurantia. U. flavo-aurantia, capite colloque aureis, remigibus primoribus aurantio-rubro contaminatis.

Upupa aurantia, *Gmel. Syſt.* i. p. 468.

Promerops barbadenſis, *Briſ.* ii. p. 466. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 287.

——— orangé, *Buf.* vi. p. 474. *(Mas.)*

Avis paradiſiaca, americana, elegantiſſima, *Seba,* i. p. 102. t. 66. f. 3.

Orange Promerops, *Lath. Syn.* ii. p. 697. 8.

Habitat in inſulis *Berbicenſibus*; magnitudine *Sturni.*—9½ pollices longa. Victitat vermibus, inſectis.

Roſtrum aureum, baſi pennis rubris: *pedes* flavi.

A. U. lutea, capite collo aliſque cinereo nigroque variegatis, *Lath. Syn.* ii. p. 697. 8. A.

Cochitototl, *Raii Syn.* p. 168.

Promerops

Promerops mexicanus luteus, *Briſ.* ii. p. 467.—*Id.* 8vo. i. p. 288.
Le Promerops orangé, *Buf.* vi. p. 474. (*Femina.*)

An ſexus alter prioris?

9. erythro-rynchos. U. viridi-atra, abdomine atro, cauda cuneiformi, remigibus 6 primoribus rectricibuſque lateralibus albo maculatis.
Red-billed Promerops, *Lath. Syn. Sup.* p. 124. t. 110.

Habitat in *Africa*, *Aſia*.—15 pollices longa.
Roſtrum et *pedes* rubri: pennæ *capitis colli*que ſericeæ ſubtomentoſæ; *remiges* 6 primores macula alba notatæ: *cauda* cuneiformis, *rectricibus* 2 intermediis concoloribus, reliquis maculis duabus albis.

10. indica. U. indico-cærulea, cauda cuneiformi, roſtro nigro, pedibus plumbeis.
Blue Promerops, *Lath. Syn. Sup.* p. 124.

Habitat in *India*; præcedentis magnitudine.—12 pollices longa.
Roſtrum nigrum: *pedes* pallide plumbei.

Genus XXIX. CERTHIA.

Roſtrum arcuatum, tenue, acutum.
Lingua variis varia.
Pedes ambulatorii.
Cauda pennis duodecim.

1. familiaris. C. griſea, ſubtus alba, remigibus fuſcis, decem macula alba.
Certhia familiaris, *Lin. Syſt.* i. p. 184. 1.—*Faun. Suec.* N° 106.—*Gmel. Syſt.* i. p. 469.—*Scop. Ann.* i. N° 59.—*Muller*, N° 104.—*Brun.* p. 12.—*Sepp. Vog.* t. p. 59.—*Ger. Orn.* ii. p. 55. t. 195. f. 1.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 154. 2.—*Phil. Tranſ.* xxvi. p. 124.—*Schæf. El.* t. 25.
Certhius minor, *Friſch.* t. 39.
Falcinellus arboreus noſtras, *Klein. Av.* p. 106. 1.
Iſpida cauda rigida, *Kram. El.* p. 337. 2.
Certhia, *Raii Syn.* p. 47. A. 5.—*Will.* p. 100. t. 23.—*Briſ.* iii. p. 603. 1. —*Id.* 8vo. ii. p. 2.
Grimpereau, *Buf.* v. p. 481. t. 21. f. 1.—*Pl. Enl.* 681. f. 1.—*Hiſt. Prov.* i. p. 484.

Picchio

Digitized by Google

Picchio Piccolo, *Zinnan. Uov.* p. 75. t. 11. f. 66.
Common Creeper, *Br. Zool.* i. N° 92. t. 39.—*Id.* fol. p. 82. t. K.—*Arct. Zool.* ii. N° 174.—*Cat. Car. App.* 37.—*Alb.* iii. t. 25.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 55.—*Id.* t. 9. f. 3. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* ii. p. 701.—*Id. Sup.* p. 126.

Habitat in *Europæ*, *Aſiæ*, et *Americæ* arboribus reptans; victitat inſectorum ovis larviſque. In *Anglia* frequens; in cavis arborum, more *Picorum*, nidificat.—5½ pollices longa.

Roſtrum fuſcum: *irides* avellaneæ: *caput collum*que ſtriis nigris: *tectrices alarum* fuſco et nigro variæ: *remiges* 4-14 macula alba: *pectus* et *abdomen* argentea: *cauda* elongata, *rectricibus* acuminatis.

Ovum albidum, maculis parvis ſanguineo-flavis.

β. Certhia major, *Briſ.* iii. p. 607. A.—*Id.* 8vo. ii. p. 3.
Certhius major, *Friſch.* t. 39.—*Ger. Orn.* ii. p. 56. t. 196.
Grand Grimpereau, *Buf.* v. p. 486.—*Lath. Syn.* ii. p. 702. A.

A præcedente diſcrepat tantum magnitudine, qua eam antecellit.

2.
viridis. C. vireſcens, ſubtus flavo varia, lateribus colli vitta cærulea, gula macula rufa.
Certhia viridis, *Scop. Ann.* i. N° 60.—*Gmel. Syſt.* i. p. 469.
Green Creeper, *Lath. Syn.* ii. p. 702. 2.

Habitat in *Carniola*; præcedentis magnitudine.

3.
pacifica. C. roſtro longiſſimo incurvato, corpore atro, humeris uropygio criſſo femoribuſque flavis.
Certhia pacifica, *Gmel. Syſt.* i. p. 470.
Hoohoo, *Cook's laſt Voy.* iii. p. 119.
Great hook-billed Creeper, *Lath. Syn.* ii. 703. 3.—*Id. Sup.* p. 126.

Habitat in *inſulis Sanduicenſibus* maris pacifici.—8 pollices longa.

129. grallarius. T. fuſco-nebuloſus, ſubtus ruſeſcens, maxillæ inferioris ſtriga macula pectoris criſſoque albis, nucha plumbea.

Digitized by Google

Turdus rex, *Gmel. Syſt.* i. p. 828.
Le Roi des Fourmiliers, *Buf.* iv. p. 468.—*Pl. Enl.* 702.
King Thruſh, *Lath. Syn.* iii. p. 89. 122.

Habitat in *Guiana*, *Braſilia.*—Species, uti prior, dubia, inter *Corvos* et *Turdos* pendens; ſed ob *pedes* longiſſimos, et *femora* ſupra genua denudata, forte inter *Grallas* æque numeranda: *cauda* breviſſima, vix conſpicua.

130. africanus. T. nigricans, pectore pennis nigris rufo marginatis, ſubtus rufo-flavus, pedibus cinereis.
Turdus africanus, *Jacq. Vog.* p. 29. t. 14.—*Gmel. Syſt.* i. p. 808.
Margined Thruſh, *Lath. Syn. Sup.* p. 143.

Habitat in *Africa*; magnitudine *Merulæ*.
Roſtrum flavum: *pedes* pallidi.

131. hudſonicus. T. cæruleo-cinereus, vertice nucha tectricibus alarum uropygioque pallide-caſtaneo marginatis, cauda cinerea rotundata.
Turdus hudſonicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 818.
Hudſonian Thruſh, *Arct. Zool.* ii. N° 204.—*Lath. Syn. Sup.* p. 143.

Habitat ad *ſinum Hudſonis.*—7½ pollices longus.

132. noveboracenſis. T. nigro ſubferrugineoque nebuloſus, ſubtus nigricans, remigibus caudaque nigris viridi-nitentibus, ſupra et infra oculos vitta nigra.
Turdus noveboracenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 818.
New-York Thruſh, *Arct. Zool.* ii. N° 205.—*Lath. Syn. Sup.* p. 144.

Habitat in *America ſeptentrionali.*—Magnitudo *Merulæ.*—Migratorius.

133. ginginianus. T. griſeus, capite nigro criſtato, alis vireſcenti-nigris, remigibus primoribus baſi caudaque apice rufis, ſupra oculos faſcia nuda flava.
Le petit Martin de Gingi, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 194.
Gingi Thruſh, *Lath. Syn. Sup.* p. 144.

Habitat in *India, regno Ginginiano*; magnitudine *Turdi.*
Roſtrum et *pedes* flavi.

134. Dauma. T. lunulis nigris, ſupra fuſcus, ſubtus albus, tectricibus alarum minoribus

Digitized by Google

minoribus nigris albo variegatis, remigibus primoribus fuſcis apice cinereis.
Dauma Thruſh, *Lath. Syn. Sup.* p. 145.

HABITAT in *India*.—Avis voraciſſima; victitans fructibus.

135. ſpecioſus. T. ater, abdomine dorſo poſtico tectricibus alarum intermediis maculis tribus remigum rectricibuſque lateralibus coccineis.
Black and ſcarlet Thruſh, *Lath. Syn. Sup.* p. 14. 6.

HABITAT in *India*; magnitudine *muſici*.—8½ poll. longus.

136. minutus. T. ſupra fuſco-ferrugineus, ſubtus ferrugineo-cinereus, gula albida, alis et cauda nigro ferrugineoque notatis.
Turdus minutus, *Muſ. Carlſ.* faſc. iii. t. 68.

Longitudo 3½ pollicum.

Roſtrum et *pedes* fuſci: *remiges* priores 2 ſ. 3 anteriores unicolores nigricantes, reliquæ nigræ, ac in medio tranſverſe ferrugineæ; ſecundariæ plures nigræ apice ferrugineæ; ultimæ ad integrum ferrugineæ: *rectrices* ſuperiores quatuor nigræ, inferiores ferrugineæ.

GENUS XXXIII. AMPELIS.

Roſtrum rectum, convexum, ſubincurvatum, utrinque emarginatum.
Nares pennis obtectæ.
Digitus exterior medio baſi connexus.

1. Garrulus. A. occipite criſtato, remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato.
Ampelis garrulus, *Lin. Syſt.* i. p. 297. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 838.—*Muller*, p. 30.—*Kram. El.* p. 363. 1.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 171. 68.
Garrulus bohemicus, *Raii Syn.* p. 85. A.—*Id. Letters*, pp. 198. 200.—*Will.* p. 90. t. 20.—*Klein. Av.* p. 70. t. p. 186.—*Id.* p. 190.—*Ger. Orn.* ii. p. 42.. t. 160.
Bombycilla bohemica, *Briſ.* ii. p. 333. 63.—*Id.* 8vo. i. p. 250.
Lanius garrulus, *Faun. Suec.* N° 82.—*Scop. Ann.* i. N° 20.—*Brun.* N° 25. 26.

Digitized by Google

Turdus criſtatus, *Wirſing. Vog.* t. 4.—*Friſch.* t. 32. f. 1.—*Klein. Stem.* p. 11. t. 13. f. 5. a—c.
Le Jaſeur de Boheme, *Buf.* iii. p. 429. t. 26.—*Pl. Enl.* 261.
Silk Tail, *Raii Syn.* p. 85. A.—*Phil. Tranſ.* xv. p. 1165. t. 1. f. 9.
Bohemian Chatterer, *Br. Zool.* i. N° 112. t. 48.—*Id.* fol. 7. t. 1. C. —*Bell's Trav.* i. p. 98.—*Flor. Scot.* i. N° 92.—*Lewin. Br. Birds,* ii. t. 65.—*Lath. Syn.* iii. p. 91. 1.

Habitat in *Europa, boreali Aſia*; apud nos in *Anglia* rarius.
Remiges tres vel quatuor extus albæ, quinque ſequentes apice membranaceo dilatato flavo: *cauda* apice flavo. In ſpecimine apud nos apices rectricum tenuiſſime membranaceæ rubræ.

β. Ampelis garrulus, *Lin. Syſt.* i. p. 297. 1. β.
Bombycilla carolinenſis, *Briſ.* ii. p. 337. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 251.—*Klein. Av.* p. 70. 34.—*J. F. Miller Ill.* t. 8.
Avis americana criſtata, Xomotl, *Seb.* ii. p. 66. t. 65. f. 5.—*Klein. Av.* p. 98. 11.
Caquantototl, *Raii Syn.* p. 174.
Chatterer of Carolina, *Cateſ. Car.* i. p. 46.—*Arct. Zool.* ii. N° 207.—*Faun. Amer. Sep.* p. 11.—*Ellis Voy.* ii. p. 13.—*Cook's laſt. Voy.* ii. p. 518.—*Edw.* t. 242.—*Lath. Syn.* iii. p. 93. 1. A.

Habitat in *America*; præcedente minor.
Abdomen flaveſcens: *remiges* concolores; at *mari* 4-5 intermediæ apicibus nudis coccineis.

2. Cotinga. A. nitidiſſima cærulea, ſubtus purpurea, alis caudaque nigris.
Ampelis Cotinga, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 840.—*Briſ.* ii. p. 340. t. 34. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 252.
Cotinga du Breſil, *Pl. Enl.* 188. *mas.* 186. *femina.*
Le Cordon bleu, *Buf.* iv. p. 442. t. 21.
Purple-breaſted Manakin, *Gen. of Birds,* p. 63. t. 9.—*Edw.* t. 340. *mas.* 241. *femina.*—*Lath. Syn.* iii. p. 94. 2.

Habitat in *Braſilia*; magnitudine *T. muſici.*—8¼ poll. longa.
In *Mare* faſcia in pectore cærulea, et maculæ quædam difformes coccineæ. *Femina corpore* ſupra et *abdomine* cæruleo; *collo* inferiore et *pectore* purpureo immaculato.

A. nitida

3. cayana. A. nitida cærulea, collo ſubtus violaceo, remigibus rectricibuſque nigris cæruleo marginatis.

Ampelis cayana, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 840.
Cotinga cayanenſis, *Briſ.* ii. p. 344. 32. t. 34. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 253.
Lanius Ococolin, *Klein. Av.* p. 54. 6.—*Seba,* ii. p. 102. t. 96. f. 3.
Cotinga de Cayenne, Quereiva, *Buf.* iv. p. 444.—*Pl. Enl.* 624.
Purple-throated Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 95. 3.

Habitat in *Cayana*; magnitudine *iliaci.*
Pennæ *corporis* nigræ, margine exteriore cæruleo-virides.

4. terſa. A. nitida-cærulea, dorſo nigro, abdomine albo-flaveſcente.

Ampelis terſa, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 841.
La Terſine, *Buf.* iv. p. 446.
Blue-breaſted Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 95. 4.

Habitat in *America meridionali.* Nonne ſexus alter prioris?
Caput ſupra, *humeri, remiges, rectrices* nigra: *gula, pectus, dorſum* poſticum, faſcia *tectricum alarum* pallide cærulea: *abdomen* albo-flaveſcens lateribus magis maculatis: margo exterior remigum cæruleſcens.

5. maynana. A. nitida cærulea, gula violacea, remigibus intus albis.

Ampelis maynana, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 840.
Cotinga maynanenſis, *Briſ.* ii. p. 341. 2. t. 34. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 253.
Le Cotinga à plumes ſoyeuſes, *Buf.* iv. p. 447.—*Pl. Enl.* 229.
Silky Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 96. 5.

Habitat in *Maynanenſi regione.*—7½ pollices longa.
Pennæ *capitis colli*que ſtrictiſſimæ, *corporis* reliquæ plurimæ baſi albæ, medio violaceæ: *gula* violaceo-purpurea.

6. Pompadora. A. purpurea, tectricibus alarum proximis enſiformibus elongatis carinatis rigidis.

Ampelis Pompadora, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 839.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 172. 2.
Cotinga purpurea, *Briſ.* ii. p. 347. 5. t. 35. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 254.
Turdus puniceus, *Pall. Adumbr.* 99.
Le Pacapac, ou Pompadour, *Buf.* iv. p. 448.—*Pl. Enl.* 279.
Pompadour Chatterer, *Edw.* t. 341.—*Lath. Syn.* iii. p. 96. 6.

Habitat in *Cayana, Guiana.*—7½ pollices longa.

Digitized by Google

β. Cotinga cinereo-purpurea, *Briſ.* ii. p. 349. 6. t. 35. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 255.
Cotinga gris-pourpré, *Buf.* iv. p. 450.—*Pl. Enl.* 699.
Grey Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 97. 6. A.

HABITAT cum priore, forte junior.
In hac ave color purpureus fuſco contaminatus, *criſſo* roſeo, *cauda* fuſca.

7. carnifex. A. ruber, faſcia oculari remigum rectricumque apicibus nigris.
Ampelis carnifex, *Lin. Syſt.* i. p. 298. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 839.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 173. 3.
Lanius ruber ſurinamenſis, *Ger. Orn.* i. p 74. t. 58. f. 2.
Icterus totus ruber, *Klein. Av.* p. 68. 12.
Cotinga rubra, *Briſ.* ii. p. 351. 7.—*Id.* 8vo. i. p. 255.—*Merrem. Ic. Av.* p. 1. t. 1. f. 1.
Avicula de Pipitzon dicta, *Seb.* i. p. 92. t. 57. f. 4.
Cotinga rouge, ou l'Ouette, *Buf.* iv. p. 452.—*Pl. Enl.* 378.
Red Bird from Surinam, *Edw.* t. 39.
Red Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 97. 7.

HABITAT in *Cayana*, *Guiana*; magnitudine *Coccothrauſtis.*—*Vertex* ſubcriſtatus, nitidiſſimus.
Femina rubro-fuſca, *remigibus* et *rectricibus* ut in *mare.*

8. cuprea. A. olivacea, pennis apice cupreo-aurantiis, pileo rubro, genis aurantiis, pectore et abdomine ſanguineis margine viridi-nitentibus.
Cotinga cuprea, *Merrem. Ic. Av.* p. 5. t. 1. f. 2.
Ampelis coccinea, *Gmel. Syſt.* i. p. 839.

HABITAT in *Surinamo*; magnitudine *carnificis.*
Roſtrum, ut in ea: *caput* et *collum* pennis minoribus, denſioribus, durioribuſque quam reliquæ: *genæ* pennis criſpis: *aures* longiſſimis et amplis tectæ: *alæ* paulum ultra quartam longitudinis caudæ partem extenduntur: *cauda* rotundata, *rectricibus* 12 rotundis, duriuſculis: *pedes* fuſci.
A. *carnifici* primo aſpectu ſimilis videtur, ſed diverſa ſane ab ea; ſatis arguunt pennarum verticalium forma, *oculorum* ſitus, *alæ* longiores, *cauda*que rotundata.

9. caruncu-lata. A. alba, uropygio remigibus rectricibuſque flaveſcente adumbratis, fronte denudata elongata carunculata.

Ampelis

Digitized by Google

Ampelis carunculata, *Gmel. Syſt.* i. p. 841.
Cotinga alba, *Briſ.* ii. p. 356. 18.—*Id.* 8vo. i. p. 257.
Le Cotinga blanc, *Buf.* iv. p. 454.—*Pl. Enl.* 793. 794.
Carunculated Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 98. 8. t. 40.

HABITAT in *Cayana, Braſilia.*—12 pollices longa.—Stentoream habet vocem, quæ ad dimidiam pene leucam exauditur.

Femina olivaceo-griſea, ſubtus flaveſcens; *caruncula* elongata, et pendula frontis, ut in *mare.* In quibuſdam ſpeciminibus *mas* totus niveus, abſque ulla flavedine.

10.
variegata. A. cinerea, nigricante vireſcenteque variegata, capite obſcure fuſco, remigibus nigricantibus, ſub gula carunculis duabus carnoſis elongatis nigris.
Ampelis variegata, *Gmel. Syſt.* i. p. 841.
Cotinga nævia, *Briſ.* ii. p. 354. 9.—*Id.* 8vo. i. p. 256.
L'Averano, *Buf.* iv. p. 457.
Guira-punga, *Raii Syn.* p. 166. 4.—*Will.* p. 147. t. 38.—*Id. (Angl.)* p. 199.
Variegated Chatterer, *Lath. Syn.* iii. p. 99. 9.

HABITAT in *Braſilia*; *T. viſcivoro* major.

Femina toto corpore nigricans fuſco vireſcenteque admixta, abſque carunculis *gulæ*. Fortem clamorem media æſtate edit, ipſiuſque ſonus longe auditur.

11.
cinerea. A. cinereo-griſea, ſubtus griſeſcens, roſtro pedibuſque rubris.
Lanius Nengeta, *Gmel. Syſt.* i. p. 298. 7. β.
Variété du Guirarou, *Buf.* iv. p. 461.
Cotinga gris de Cayenne, *Pl. Enl.* 699.
Grey Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 184. 36. A.

HABITAT in *Cayana.*—8 pollices longa.

Corpus fere totum cineraſcens, ſubtus dilutius: *cauda* apice integra: *roſtrum* et *pedes* pallide rubri.

12.
phœnicea. A. cæruleo-nigra, alarum tectricibus minoribus fulvo-coccineis.
Red-winged Chatterer, *Lath. Syn. Sup.* p. 146.

HABITAT in *Africa.*—Primo intuitu ſimilis *Oriolo phœniceo*; at *roſtrum* omnino *Ampelis.*—Magnitudo *Alaudæ.*—7½ pollices longa.

Alarum tectrices fulvo-coccineæ, flavo marginatæ.

Digitized by Google

13. lutea. A. corpore ſupra fuſco-olivaceo, ſubtus uropygio rectricibuſque lateralibus luteo, macula faucium alba.
Ampelis luteus, *Muſ. Carlſ.* faſc. iii. t. 70.

Longitudo 6½ pollicum.
Roſtrum nigrum : *pedes* nigricantes : macula pone angulum oris elongata alba : *abdomen* poſtice albicans : *rectrices* duæ ſuperiores atræ, ad exortum flavæ, inde atræ et ultima apice flavicantes, reliquæ fuſco-flavicantes.

14. criſtata. A. capite criſtato, alis caudaque nigris, abdomine geniſque albis, dorſo rubro.
Ampelis criſtata, *Gmel. Syſt.* i. p. 841.—*J. F. Miller Ill.* t. 15. G.

Habitat in *America.*

Genus XXXIV. COLIUS.

Roſtrum ſupra convexum, infra rectum, *mandibula* ſuperiore apice incurvo.
Nares parvæ ad baſin pennis ſubtectæ.
Lingua apice laciniata.
Digiti ad imum fiſſi.
Cauda cuneiformis, longa.

1. capenſis. C. rectricibus extimis externe albis, corpore cinereo ſubtus albido.
Colius capenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 842.
Loxia Colius, *Lin. Syſt.* i. p. 301. 12.
Colius Capitis Bonæ Spei, *Briſ.* iii. p. 304. 1. t. 16. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 394.
Le Coliou du Cap de B. Eſp. *Buf.* iv. p. 404.—*Pl. Enl.* 282. f. 1.
Cape Coly, *Lath. Syn.* iii. p. 100. 1.

Habitat ad *Caput B. Spei*; magnitudine *Fringillæ.*—10¼ pollices longus.

2. ſenegalenſis. C. vinaceo-griſeſcens, cauda cæruleſcente, capite criſtato.
Colius ſenegalenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 842.
Lanius macrourus, *Lin. Syſt.* i. p. 134. 5.

Digitized by Google

Colius ſenegalenſis criſtatus, *Briſ.* iii. p. 306. 2. t. 16. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 394.
Coliou huppé du Senegal, *Buf.* iv. p. 404. t. 18.—*Pl. Enl.* 282. f. 2.
Senegal Coly, *Lath. Syn.* iii. p. 101. 2.

HABITAT in *Senegala*; magnitudine præcedentis.
Roſtrum nigrum baſi griſeum: *rectrices* intermediæ 8, extimæ vix pollicem longæ.

3. leuconotus. C. criſtatus cinereus, ſubtus albus, dorſo infimo uropygioque caſtaneo-purpureis, medio vitta longitudinali alba.
Colius erythropus, *Gmel. Syſt.* i. p. 842.
White-backed Coly, *Lath. Syn.* iii. p. 101. t. 41.

HABITAT ad *Caput Bonæ Spei.*—12 pollices longus.
Pedes rubri, *digitis* omnibus anterius verſis.

4. ſtriatus. C. griſeo-rubeſcens, ſubtus fuſco tranſverſim ſtriatus, pectore griſeo-ruſo, abdomine ruſo, cauda viridi.
Colius ſtriatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 843.
Le Coliou rayé, *Buf.* iv. p. 405.
Radiated Coly, *Lath. Syn.* iii. p. 102. 4.

HABITAT ad *Caput Bonæ Spei.*—13 pollices longus.

5. panayenſis. C. griſeo-cinereus, capite criſtato, pectore ſtriis tranſverſis nigris, abdomine ruſo.
Colius panayenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 843.
Le Coliou de l'iſle de Panay, *Buf.* iv. p. 406.—*Son. Voy.* p. 116. t. 74.
Panayan Coly, *Lath. Syn.* iii. p. 103. 5.

HABITAT in inſula *Panaya.*—*Roſtrum* nigrum: *pedes* incarnati.

6. viridis. C. viridis nitens, ſincipite palpebriſque nigro-ſericeis, remigibus rectricibuſque nigricantibus.
Green Coly, *Lath. Syn. Sup.* p. 147.

HABITAT in *nova Hollandia*; magnitudine *T. iliaci.*—12 poll. long.
Roſtrum nigrum: *cauda* 7½ pollices longa.

Digitized by Google

7. indicus. C. cinereus, ſubtus rufus, ſincipite gulaque flavis, loris orbitiſque nudis flavis.

Indian Coly, *Lath. Syn. Sup.* p. 147.

HABITAT in *India.*—14 pollices longus. *Roſtrum* nigrum, baſi *pedibuſ*que rubris.

GENUS XXXV. LOXIA.

Roſtrum conico-gibbum, frontis baſi rotundatum verſus caput: mandibula inferior margine laterali inflexa.
Nares parvæ, rotundæ, in baſi roſtri.
Lingua integra.

* Pedibus tetradactylis.

1. curviroſtra. L. roſtro forficato, corpore verſicolore, remigibus rectricibuſque fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceis, cauda furcata.

Loxia curviroſtra, *Lin. Syſt.* i. p. 299. 1.—*Faun. Suec.* N° 224.—*Gmel. Syſt.* i. p. 843.—*Scop. Ann.* i. N° 200.—*Kram. El.* p. 365. 2.—*Brun.* N° 238.—*Muller*, N° 244.—*Friſch.* t. 11.—*Georgi.* p. 174.—*Faun. Arag.* p. 85.—*Schæf. el. Orn.* t. 45.

Loxia, *Raii Syn.* p. 86. A.—*Will.* p. 181. t. 44.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 131. t. 61.—*Briſ.* iii. p. 329. t. 17. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 401.

Coccothrauſtes curviroſtra, *Klein. Av.* p. 96. 13.—*Id. Stem.* p. 19. t. 19. f. 19. a. b.

Le Bec croiſé, *Buf.* iii. p. 449. t. 27. f. 2.—*Pl. Enl.* 218.—*Hiſt. Prov.* ii. p. 317.

Kreuzſchnabel, Kreuzvogel, *Naturf.* xiii. p. 92.—*Id.* ii. p. 66.

Croſsbill, or Sheld-apple, *Br. Zool.* i. N° 115. t. 49.—*Id.* fol. 106. t. U. f. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 208.—*Edw.* t. 303.—*Will. (Angl.)* p. 248. t. 44.—*Albin.* i. t. 61.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 66.—*Lath. Syn.* iii. p. 106. 1.

HABITAT in *Europa*, *boreali Aſia*, et *America*; magnitudine *Alaudæ.*—6½ pollices longa.—Seminibus *Pinuum* præcipue victitat, ſtrobilos enucleans mandibulis incurvatis; ſeminibus *cannabis*, *alni*, *mali*, baccisque *Juniperi* ſimiliter gaudet. Per autumnum interdum in *Angliam* venit,

Digitized by Google

venit, non tamen apud nos perennat aut nidificat. Colores ter anno mutare dicitur.

Mari corpus obſcure miniaceum, fuſco et vireſcente varium, *feminæ* viridi-olivaceum fuſco admixtum. *Ovum* albidum, verſus extremitatem obtuſiorem maculis rubris varium.

β. Loxia rufeſcens, capite coccineo, *Briſ.* iii. p. 332. A.—*Lath. Syn.* iii. p. 108.—*Gmel. Syſt.* i. p. 843. β.
Loxia pyreniaca, &c. *Barr. Orn.* Cl. iii. gen. 28. ſp. 2.

Ab aliis differt colore rufo-nigricante: *capite* rubro donatur.

γ. Loxia major, roſtro craſſiore et breviore.
Tannenpapagai, *Naturf.* xii. p. 97. B.—*Gmel. Syſt.* i. p. 843. γ.

2. falciroſtra. L. roſtro forficato, corpore croceo-coccineo, alis nigris faſciis duabus albis, remigibus ſecundariis apice albis, cauda nigra.
Loxia leucoptera, *Gmel. Syſt.* i. p. 844.
White-winged Croſs-bill, *Lath. Syn.* iii. p. 108. 2.—*Id. Sup.* p. 148.—*Dixon Voy.* t. p. 356. *(femina.)*—*Arct. Zool.* ii. N° 208.

Habitat in *America ſeptentrionali*; præcedente minor.—Apex utriuſque mandibulæ aduncus, ut in *curviroſtra*.

In *Mare* color pennarum albus apice tantum coccineo, unde certo aſpectu avis albo coccineoque undulata evadit: *criſſum* albidum.

Femina ſupra fuſca; *uropygium* et ſubtus flaveſcens; *gula* pallida: faſcia alarum bifida alba, ut in *mare*.

3. pſittacea. L. olivaceo-fuſca, capite colloque flavis, mandibula ſuperiore adunca, inferiore ſubtruncata.
Loxia pſittacea, *Gmel. Syſt.* i. p. 844.
Parroquet, *Cook's laſt Voy.* iii. 119.
Parrot-billed Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 108. 3. t. 42.

Habitat in *inſulis Sanduicenſibus, Owbyhee.*—7 pollices longa.
Femina caput et *collum* corpore concolor, pauco griſeo varium.

4. Coccothrauſtes. L. cinereo-caſtanea, linea alarum alba, remigibus mediis apice rhombeis, rectricibus latere tenuiore baſeos nigris.
Loxia Coccothrauſtes, *Lin. Syſt.* i. p. 299.—*Faun. Suec.* N° 222.—*Amœn. Acad.* iv. p. 594. 122.—*Gmel. Syſt.* i. p. 844.—*It. Scan.* 332.—*Scop.*

Digitized by Google

Scop. Ann. i. N° 201.—*Raii Syn.* p. 85. A. 1.—*Will.* p. 178. t. 44.—*Briſ.* iii. p. 219. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 370.—*Klein. Av.* p. 94. 1.—*Id. Stem.* p. 19. t. 19. f. 11. a. b.—*Kram. el.* p. 364. 1.—*Brun. in App.*—*Muller*, N° 245.—*Friſch.* t. 4.—*Faun. Arag.* p. 85.—*Sepp. Vog.* t. in p. 137.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 132. 2.—*Schæf. El.* t. 57.—*Roman. Orn.* i. p. 151. t. 23.

Le Gros-bec, *Buf.* iii. p. 444. t. 27. f. 1.—*Pl. Enl.* 99. 100.—*Hiſt. Prov.* i. p. 493.

Froſone, *Olin. uc.* t. p. 37.—*Cet. uc. Sard.* p. 188.

Kernbeiſer, *Wirſ. Vog.* t. 6.

Groſsbeak, or Hawfinch, *Br. Zool.* N° 113.—*Id.* fol. 105. t. U. f. 1.—*Arct. Zool.* ii. p. 354. C.—*Will. (Angl.)* p. 244. t. 44.—*Edw.* t. 188.—*Albin.* i. t. 56.—*Lewin. Br. Birds*, ii. p. 67.—*Lath. Syn.* iii. p. 103. 4.—*Id. Sup.* p. 148.

Habitat in *Europa auſtraliore*; rarius in *Anglia*, et rariſſime nidificans.—6½ pollices longa.

Roſtrum craſſiſſimum: *oculorum* ambitus et *gula* nigra. *Ovum* livido-vireſcens, fuſco maculatum.

5. Enucleator. L. ſordide roſeo fuſco griſeoque varia, linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus.

Loxia Enucleator, *Lin. Syſt.* i. p. 299. 3.—*Faun. Suec.* N° 223.—*Gmel. Syſt.* i. p. 845.—*Schæn. Act. Holm.* 1757. p. 139.—*Brun.* N° 239.—*Muller*, N° 246.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 133. 3.

Coccothrauſtes canadenſis, *Briſ.* iii. p. 250. 15. t. 12. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 378.

Le Dur-bec, ou Gros-bec de Canada, *Buf.* iii. p. 457.—*Pl. Enl.* 135. 1.

Greateſt Bulfinch, *Edw.* t. 123. 124. *mas* et *femina*.

Pine Groſbeak, *Br. Zool.* N° 114. t. 49. f. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 209.—*Id. Sup.* p. 64.—*Ellis Narr.* ii. p. 15.—*Lewin Br. Birds*, ii. t. 68.—*Lath. Syn.* iii. p. 111. 5.—*Id. Sup.* p. 148.

Habitat in *Europæ*, *Aſiæ*, et *Americæ ſeptentrionalis* pinetis; victitans ſtrobilis.—9 pollices longa.

Femina griſeo-fuſca.—Migratoria avis; noctu tota egregie ſummeque canora.—*Ovum* album.

6. rubicilla. L. coccinea albo maculata, abdomine criſſoque roſeis, tectricibus alarum majoribus fuſcis, cauda nigra.

Loxia rubicilla, *N. C. Petr.* xix. p. 463. t. 12.—*Gmel. Syſt.* i. p. 846.

Caucaſian Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 112. 6.

Habitat

Digitized by Google

Habitat in *montibus Caucaſiis*, victitans baccis *hippophæ rhamnoidis*; gregaria.—Pennæ *corporis* baſi cinereæ, unde avis undulata apparet.—Longitudo 8 pollicum.

7. capenſis. L. atra, uropygio tectricibuſque alarum luteis.
Loxia capenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 306. 39.—*Gmel. Syſt.* i. p. 862.—*Sparm. Voy.* i. p. 174.
——— atra, uropygio flavo, *N. C. Petr.* xi. 438. t. 16. f. 9.
Fringilla Capitis Bonæ Spei, *Briſ.* iii. p. 171. 45. t. 16. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 354.
Le Pinſon noir et jaune, *Buf.* iv. p. 142.
Le Gros-bec de Coromandel, *Buf.* iii. p. 456.—*Pl. Enl.* 101. f. 1.
Cape Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 113. 7.—*Id. Sup.* p. 149.

Habitat ad *Caput Bonæ Spei.*—6 pollices longa.—Pennæ capitis abbreviatæ, erectiuſculæ, ſericeo-ſplendentes: gregaria avis; frugibus valde infeſta; *caro* ſapidiſſima. *Ovum* cinereum nigro maculatum.
In quibuſdam *dorſum* totum luteum.

β. L. fuſca, pennis medio nigris, ſubtus albida nigro ſtriata, tectricibus alarum uropygioque luteis.
Loxia nævia, *Gmel. Syſt.* i. p. 845.
Gros-bec tacheté du Cap de B. E. *Buf.* iii. p. 473.—*Pl. Enl.* 659. f. 1. *Lath. Syn.* iii. p. 114. 7. A.

Habitat cum priore. Forſan junior avis?

8. aurea. L. nigra, dorſo uropygioque luteis, tectricibus alarum fuſceſcentibus nigro maculatis.
Loxia aurea, *Gmel. Syſt.* i. p. 846.
Gold-backed Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 115. 9.—*Id. Sup.* p. 149.—*Brown. Ill.* t. 25.

Habitat in *Africa, Benguela.*—6 pollices longa. Simillima *capenſi*, at pennæ capitis læves, non curtæ. *Femina* fuſca.

9. longicauda. L. nigra, tectricibus alarum dorſoque inter alas faſcia tranſverſa ruſo-lutea, cauda longiore cuneiformi.
Loxia macroura, *Gmel. Syſt.* i. p. 845.
Le Pere-noire à longue queue, *Buf.* iii. p. 487.
Moineau du royaume de Juida. *Pl. Enl.* 183. f. 1.

Gros-

Digitized by Google

Gros-bec noir, *Salern. Orn.* p. 278. 17.
Long-tailed Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 114. 8.

Habitat in *Africa*; magnitudine *Paſſeris.*—7 poll. longa.

10. groſſa. L. cano-cærulеſcens, jugulo rectricibuſque atris, gula alba, roſtro rubro.
Loxia groſſa, *Lin. Syſt.* i. p. 307. 44.—*Gmel. Syſt.* i. p. 864.
Coccothrauſtes americana cærulea, *Briſ. App.* p. 89. t. 5. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 381. 20.—*Buf.* iii. p. 456.—*Pl. Enl.* 154. *(femina.)*
White-throated Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 115. 10.

Habitat in *America.*—7½ pollices longa.
Mandibula ſuperior emarginata: *capiſtrum* nigrum.
In *femina jugulum* corpore concolor, et macula gularis minor.

11. cærulea. L. cærulea, alis fuſcis, faſcia baſeos purpurea.
Loxia cærulea, *Lin. Syſt.* i. p. 306. 41.—*Gmel. Syſt.* i. p. 863.
Pyrrhula carolinenſis cærulea, *Briſ.* iii. p. 323. 7.—*Id.* 8vo. i. p. 399.—*Klein. Av.* p. 95. 7.
Le Bec rond, ou Bouvreuil bleu d'Amerique, *Buf*, iv. p. 392.
Blue Finch of Guiana, *Bancr. Guian.* p. 179?
Blue Groſbeak, *Cateſ. Car.* i. t. 39.—*Arct. Zool.* ii. N° 217.—*Lath. Syn.* iii. p. 116. 11.

Habitat in *America*; magnitudine *Pyrrhulæ.*—*Capiſtrum* nigrum.
Femina fuſca vix cæruleo adumbrata.

A. L. tota cærulea, loris macula nigra.
Pyrrhula braſilienſis cærulea, *Briſ.* iii. p. 321. 6. t. 17. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 398.—*Lath. Syn.* iii. p. 117. 11. A.

Habitat in *Braſilia.*

12. cyanea. L. cærulea, remigibus rectricibuſque nigris.
Loxia cyanea, *Lin. Syſt.* i. p. 303. 22.—*Amœn. Ac.* iv. p. 244.—*Gmel. Syſt.* i. p. 853.
Coccothrauſtes angolenſis cyanea, *Briſ. App.* p. 88.—*Id.* 8vo. i. p. 381.
Blue Groſbeak from Angola, *Edw.* t. 125.—*Lath. Syn.* iii. p. 117. 11. B.

Habitat in *Angola?* An varietas præcedentis.
Roſtrum plumbeum: *pedes* nigri.

L. violacea,

Digitized by Google

13.
violacea. L. violacea, ſuperciliis gula criſſoque rubris.
Loxia violacea, *Lin. Syſt.* i. p. 306. 43.—*Gmel. Syſt.* i. p. 864.
Pyrrhula bahamenſis violacea, *Briſ.* iii. p. 326. 9.—*Id.* 8vo. i. p. 400.
Le Bouvreuil à gorge et ſourcils rouges, *Buf.* iv. p. 396.
Coccothrauſtes purpurea, *Klein. Av.* p. 95. 9.
Paſſer niger punctis croceis, *Raii Syn.* p. 188. 48.—*Sloan. Jam.* ii. p. 311.
Purple Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 218.—*Cateſ. Car.* i. t. 40.—*Gent. Mag.* xxiii. t. p. 128.—*Lath. Syn.* iii. p. 117. 12.

Habitat in *America calidiore, Jamaica*; magnitudine *Paſſeris*. *Femina* fuſca ubi *mas* niger: *irides* rubræ.

14.
Cardinalis. L. criſtata rubra, capiſtro nigro, roſtro pedibuſque ſanguineis.
Loxia Cardinalis, *Lin. Syſt.* i. p. 300. 5.—*Amœn. Ac.* iv. p. 242.—*Gmel. Syſt.* i. p. 847.—*Scop. Ann.* i. N° 203.—*Friſch.* t. 4.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 134. t. 61. B.
Coccothrauſtes indica criſtata, *Raii Syn.* p. 85. 3.—*Will.* p. 179. t. 44. —*Klein. Av.* p. 94. 3.
Coccothrauſtes virginiana, *Briſ.* iii. p. 255. 17.—*Id.* 8vo. i. p. 379.
Coccothrauſtes capenſis ruber, roſtro hiante, *Pet. Gaz.* p. 16. t. 16. f. 7.
Gros-bec de Virginie, *Buf.* iii. p. 458. t. 28.—*Pl. Enl.* 37.
Red Groſbeak, *Albin.* i. t. 57. *(mas.)*—iii. t. 61. *(femina.)*—*Id. Song Birds*, t. p. 77.
Red Bird, *Kalm. It.* iii. p. 31.—*Id. Voy.* ii. p. 72.—*Gent. Mag.* xxiii. t. p. 512.
Virginia Nightingale, *Will. (Angl.)* p. 245. t. 44.
Cardinal Groſbeak, *Arct. Zool.* N° 210.—*Cat. Car.* i. t. p. 38.—*Brown. Jam.* p. 647.—*Hiſt. Louiſ.* ii. p. 139.—*Lath. Syn.* iii. p. 118. 13. —*Id. Sup.* p. 150.

Habitat in *America ſeptentrionali.*—Vix 8 pollices longa. *Femina* fuſco-rubra. Victitat zea, fagopyro, apibus; ſuave cantillat, et in caveis alitur.

β. L. rubra, mento nigro, uropygio cauda alis pedibuſque fuſcis.
Loxia Carlſoni, *Gmel. Syſt.* i. p. 847.
Loxia Cardinalis, *Muſ. Carlſ.* faſc. ii. t. 41.

Habitat in *Indiæ occidentalis* inſulis.—*Capite* non criſtato, *fronte*que minime nigra, a varietate criſtata præcipue differt. *Menti* macula parva nigra differt a varietatis criſtatæ macula magna nigra, quæ *mentum* totamque *gulam* occupat.

x L. criſtata,

15. boetonenſis. L. criſtata rubra, roſtri baſi tectricibuſque alarum obſcurioribus, roſtro pedibuſque flavis.
Loxia indica, *Gmel. Syſt.* i. p. 847.
Coccothrauſtes indica, *Briſ.* iii. p. 252. 16.—*Id.* 8vo. i. p. 379.
Pſitt. criſtatus ruber minor ex inſula Boetonenſi, *Seba*, i. t. 60. f. 4.
Indian Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 119. 14.

HABITAT in *India*, inſula *Boetonenſi*.—8 pollices longa.

16. madagaſcarienſis. L. rubra, faſcia oculari nigra, dorſo nigricante-maculato.
Loxia madagaſcarienſis, *Lin. Syſt.* i. p. 300. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 847.
Cardinalis madagaſcarienſis, *Briſ.* iii. p. 112. 20. t. 6. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 381.
Le Foudis, *Buf.* iii. p. 495.
Moineau de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 134. f. 2.
Madagaſcar Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 119. 15.—*Id. Sup.* p. 150.

HABITAT in *India*, *Madagaſcaria*; magnitudine *Paſſeris*.
Junior avis olivaceo colore tingitur, qui color ſenſim atque ſenſim roſeo variat; deinde quò magis ſeneſcit animal eò fit ſaturatior, et tandem eleganti rubore pollet.

17. Orix. L. fulvo-ſanguinea, facie pectoreque atris, alis rectricibuſque nigricantibus.
Loxia Orix, *Linn. Mant.* 1771. p. 527.—*Gmel. Syſt.* i. p. 863.
Emberiza Orix, *Lin. Syſt.* i. p. 309. 7.
Cardinalis Capitis Bonæ Spei, *Briſ.* iii. p. 114. 21. t. 6. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 378.
Cardinal du Cap de B. E. *Buf.* iii. p. 496.—*Pl. Enl.* 6. f. 2. *(mas.)*—134. f. 1. *(fem.)*
Cape Finch., *Kolb. Cap.* ii. *(ed. Angl.)* p. 153.
Grenadier Groſbeak, *Edw.* t. 178.—*Phil. Tranſ.* lxvi. p. 278.—*Miller Illuſtr.* t. 1.—*Lath. Syn.* iii. p. 120. 16.

HABITAT in *Africæ* arundinetis.—Magnitudo præcedentis.
Pennæ *abdominis* atræ, quaſi præſciſſæ, erectiuſculæ, holoſerici villoſi inſtar ſplendentes.

A. Le Rouge-noir, *Buf.* iii. 461.
Gros bec de Cayenne, *Pl. Enl.* 309. 2.—*Lath. Syn.* iii. p. 121. 16. A.

Variat *corpore* majore, *cauda aliſque* concoloribus.

L. rubra,

Digitized by Google

18. mexicana. L. rubra, alis caudaque nigris.
Loxia mexicana, *Lin. Syſt.* i. p. 300. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 848.—*Briſ.* iii. p. 256. 18.—*Id.* 8vo. i. p. 380.
Avis mexicana, grandis, rubra, *Seba,* i. p. 101. t. 65. f. 1.—*Klein. Av.* p. 95. 8.
Mexican Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 121. 17.

HABITAT in *Mexico*; *Coccothrauſtem* magnitudine antecellit.

19. braſiliana. L. fuſca, ſubtus ruſeſcens maculis albis nigro annulatis, capite abdomineque medio rubris, lunula nuchæ caudaque apice albis.
Le Grivelin, *Buf.* iii. p. 461. t. 30.
Gros-bec du Breſil, *Pl. Enl.* 309. f. 1.
Braſilian Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 122. 18.

HABITAT in *Braſilia.*—5½ pollices longa.
Roſtrum carneum: *remiges rectriceſ*que nigræ: *tectrices alarum remigeſ*que ſecundariæ apice rubeſcentes.

20. erythrocephala. L. cineraſcens, capite purpuraſcente, pectore albo maculato.
Loxia erythrocephala, *Lin. Syſt.* i. p. 301. 10.—*Gmel. Syſt.* i. p. 849.
Cardinalis angolenſis, *Briſ. App.* p. 78. 69.—*Id.* 8vo. i. p. 368.
Sparrow of Paradiſe, *Edw.* t. 180.
Paradiſe Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 122. 19.—*Id. Sup.* p. 150.

HABITAT in *Angola.*—Vix 6 pollices longa.
Roſtrum carneo-albidum: *pectus* maculis ſquamæformibus nigris, latera ruſeſcentibus notata: faſcia alarum duplex obliqua alba.

21. dominicana. L. nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomine remigumque margine albis.
Loxia dominicana, *Lin. Syſt.* i. p. 301. 8.—*Gmel. Syſt.* i. p. 848.—*Am. Ac.* iv. p. 242.
Coccothrauſtes braſilienſis, *Briſ.* iii. p. 246. 13.—*Id.* 8vo. i. p. 377.
Rubicilla americana, *Raii Syn.* p. 86.—*Will.* p. 180.
American Bulfinch, *Will. (Angl.)* p. 147. § 11.
Dominican Cardinal, *Edw.* t. 127.
Dominican Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 123. 20.—*Id. Sup.* p. 151.

HABITAT in *Braſilia*; magnitudine *Alaudæ.*

Digitized by Google

β. L. cinerea ſubtus nivea, capite anteriore guttureque rubris, rectricibus nigris cinereo marginatis, extima margine exteriore alba.
Cardinalis dominicanus, *Briſ.* iii. p. 116. 22. t. 6. f. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 339.
Tije Guacu Paroara, *Raii Syn.* p. 89. 5.—*Will.* p. 188. t. 41. et 45.—*Id. (Angl.)* p. 256.—*Buf.* iii. p. 500. t. 31.
Cardinal dominiquain, *Pl. Enl.* 55. 2.
Pope Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 211.—*Lath. Syn.* iii. p. 124. 20. β.

Habitat cum priore.—*Femina* a *mare* diſcrepat *capite* anteriore flavo-aurantio, punctulis rubris adſperſo.

22. cucullata. L. cinerea, capite criſtato gulaque coccineis, pectore abdomineque albis, cauda longiore, rectricibus lateralibus nigricantibus.
Le Cardinal dominiquain huppé, *Buf.* iii. p. 501.—*Pl. Enl.* 103.
Creſted Cardinal, *Brown. Ill.* t. 23.—*Miller Ill.* t. 2.
Creſted dominican Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 123. 20. A.

Habitat in *Braſilia*; præcedente paulo major.
Criſtam gerit erectam apice acutam.

23. ſibirica. L. coccinea fuſco maculata, ſubtus pallide coccinea, capiſtro purpureo, alis albo nigroque faſciatis, rectricibus nigris, extima alba.
Loxia ſibirica, *Pall. It.* ii. p. 711. 24.—*Falk. It.* iii. t. 28.—*Lepech. It.* i. p. 182.—*Gmel. Syſt.* i. p. 849.
Sibirian Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 124. 21.

Habitat in *Sibiriæ* fruticetis verſus aquam poſitis; magnitudine *Linariæ*.—Vox rauca, crepera; volatus inquietiſſimus; hyeme gregaria.
Pennæ *capitis* apice argenteæ, nitidæ. *Feminæ* et *juniori mari* color fuſcus, ſubtus rubeſcens.

24. criſtata. L. albicans, fronte criſtata, uropygio pedibuſque rubris, rectricibus intermediis longiſſimis.
Loxia criſtata, *Lin. Syſt.* i. p. 301. 9.—*Gmel. Syſt.* i. p. 849.
Creſted Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 125. 23.

Habitat in *Æthiopia*.—Avis inter maximas ſui generis.—Criſta *maris* rubra, *feminæ* alba: *pectus* in *mare* rubrum: *rectrices* cinereæ, intermediæ duæ duplo longiores.

L. nigra,

Digitized by Google

25.
ludoviciana. L. nigra, pectore ventre alarum faſcia baſique remigum albis.
Loxia ludoviciana, *Lin. Syſt.* i. p. 306. 38.—*Gmel. Syſt.* i. p. 861.
Coccothrauſtes ludoviciana, *Briſ.* iii. p. 247. 14. t. 12. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 378.
Gros-bec de la Louiſiane, *Pl. Enl.* 153. f. 2.
Le Roſe-gorge, *Buf.* iii. p. 460.
Red-breaſted Groſbeak, *Arct. Zool.* N° 212.—*Lath. Syn.* iii. p. 126. 24.

HABITAT in *Ludovicia.*—6½ pollices longa.

Jugulum purpuraſcens: *criſſum* et *uropygium* album: *rectrices* 3 extimæ utrinque a medio ad apicem albæ. Variat *pectore* roſeo.

26.
maculata. L. obſcure fuſca albo maculata, ſubtus albida maculis ſubfuſcis, ſuperciliis pallidis, rectricibus duabus extimis apice albo maculatis.
Loxia maculata, *Gmel. Syſt.* i. p. 861.
Spotted Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 213.—*Lath. Syn.* iii. p. 126. 25.

HABITAT in *America*; magnitudine *Citrinellæ.*

27.
obſcura. L. fuſco-nigricans, gula media corporeque ſubtus albis, lateribus fuſco maculatis, tectricibus alarum albo biſaſciatis.
Loxia obſcura, *Gmel. Syſt.* i. p. 862.
Duſky Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 216.—*Lath. Syn.* iii. p. 127. 26.

HABITAT in *Noveboraco.*—*Capitis, colli, dorſi*que *pennæ* margine fuſceſcentes.

28.
hudſonica. L. fuſca, abdomine albo, lateribus fuſco maculato, tectricibus alarum rufo biſaſciatis.

HABITAT in *Americæ* ſinu *Hudſonis,* ſub nomine *Atick-oom-aſhiſh.*—5 pollices longa.

Roſtrum breve, validum, fere ut in *Pyrrhula*, et cum *pedibus* fuſcum: *corpus* ſuperius intenſe fuſcum: pennæ *dorſi* et *uropygii*, *remiges* ſecundariæ, *rectrices*que margine ſubrufæ: *tectrices alarum* majores et mediæ apice rufeſcentes, unde faſcia anguſta bifida: *Pectus* et *hypochondria* alba maculis longitudinalibus fuſcis: *abdomen* medium et *criſſum* alba: *cauda* ſubbifida.

29.
canadenſis. L. viridi-olivacea, ſubtus flavo-olivacea, capiſtro nigro.
Loxia canadenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 304. 29.—*Gmel. Syſt.* i. p. 856.
Coccothrauſtes cayanenſis, *Briſ.* iii. p. 229. 4. t. 11. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 372.

Digitized by Google

Le Flavert, Gros-bec de Cayenne, *Buf.* iii. p. 462.—*Pl. Enl.* 152. f. 2.
Canada Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 220.—*Lath. Syn.* iii. p. 127. 27.

HABITAT in *America*; magnitudine *Paſſeris*.
*Capiſtrum gula*que nigra.

β. L. cæruleo-griſeo, ſubtus dilute griſea, *Lath. Syn.* iii. p. 128. 27. A.

HABITAT in *Cayana*.—*Femina* fuſco-cinerea ubi *mas* cæruleo-griſea.

30. flabellifera. L. rubro-fuſca ſubtus rubeſcens, remigibus caudaque fuſcis.
Loxia flabellifera, *Gmel. Syſt.* i. p. 850.
La Queue en Eventail, *Buf.* iii. p. 463.—*Pl. Enl.* 380.
Fan-tailed Groſbeak, *Lath Syn.* iii. p. 128. 28.

HABITAT in *Virginia*.—Magnitudo præcedentis.
Variat *pectore abdomine*que griſeis.—*Caudam* gerit expanſam, uti ventilabrum.

31. oryzivora. L. fuſca, temporibus albis, roſtro rubro, capite caudaque nigris.
Loxia oryzivora, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 14.—*Amæn. Ac.* 4. p. 243.—*Muſ. Ad. Fr.* i. p. 18.—*Oſb. It.* 103.—*Gmel. Syſt.* i. p. 850.
Coccothrauſtes ſinenſis cinerea, *Briſ.* iii. p. 244. 12. t. 11. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 377.—*Klein. Av.* p. 96. 12.
Gros-bec de la Chine, *Pl. Enl.* 152. f. 1.
Le Padda, ou l'Oiſeau de Riz, *Buf.* iii. p. 463.—*Edw.* t. 41. 42.
Java Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 129. 29.—*Id. Sup.* p. 151.

HABITAT ad *Caput Bonæ Spei*, *Java*, *China*; apud nos in caveis alitur; vix canora; victitat *oryza*.
In juniore ave *tempora* nigricantia aut fuſca albo varia.

32. philippina. L. fuſca ſubtus albido-flavicans, vertice pectoreque luteis, gula fuſca.
Loxia philippina, *Lin. Syſt.* i. p. 305. 36.—*Gmel. Syſt.* i. p. 860.—*Briſ.* iii. p. 232. 6. t. 12. f. 1. *(mas.)*—t. 18. f. 1. 2. *(nidus.)*—*Id.* 8vo. i. p. 373.
Toucnam-courvi des Philippines, *Buf.* iii. p. 465.—*Pl. Enl.* 135. 2. *(mas.)*
Philippine Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 129. 30.

HABITAT in *Philippinis*; magnitudine *Paſſeris*. *Nidus* facciformis pendens baſi cylindrica aperta, e foliorum fibrillis intertextis conflatur.
*Femina uropygium corpuſ*que ſubtus rufa.

β. L. cauda

Digitized by Google

β. L. cauda remigibuſque vireſcente-fuſcis margine flavis.
Le Baglafecht, *Buf.* iii. p. 469.

Habitat in *Abyſſinia.* A priore differt in eo quod color nigricans ad latera capitis, etiam ſupra oculos extendit. *Nidus* ſpiralis, *nautili* inſtar, e ramulorum arborum ſummitatibus pendens, ut in præcedente.

33. abyſſinica. L. corpore flavo, vertice genis gula pectoreque nigris, alis caudaque fuſcis.
Loxia abyſſinica, *Gmel. Syſt.* i. p. 860.
Gros-bec d'Abyſſinie, *Buf.* iii. p. 470.
Abyſſinian Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 131. 31.

Habitat in *Abyſſinia*; magnitudine *Coccothrauſtis.*—*Nidus*, ut in præcedentibus, pyramidalis, penſilis.

34. penſilis. L. viridis ſubtus griſea, criſſo ruſo, capite colloque inferiore flavis, remigibus rectricibuſque nigris.
Loxia penſilis, *Gmel. Syſt.* i. p. 860.
Le Nelicourvi de Madagaſcar, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 200. t. 22.
Toddy Bird, *Fryer's Trav. (ed.* 1698.) p. 76.
Yellowiſh-coloured Bird, like a Canary Bird, *Kæmpf. Jap.* p. 35.
Penſile Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 131. 32.—*Will.* t. 77. fig. inſ. *(Nidus.)*

Habitat in *Madagaſcaria*; magnitudine *Paſſeris.*—Supercilia viridia.—Hæc avis *nidum* ſaccoſum et penſilem conſtruit, præcedentium æmula; tempore incubationis gregaria, complures in eadem arbore ſimul nidificantes.
Roſtrum nigrum: *irides* flavæ.

35. ſocia. L. ruſo-fuſca, ſubtus flaveſcens, capiſtro nigro, cauda brevi.
Loxia, *Paterſon's Cape*, t. p. 126. *(avis cum nido.)*

Habitat in *Capitis Bonæ Spei* interioribus; gregatim inter ramos majores *Mimoſæ* nidificans; *nidum* ampliſſimum, multiplicem ſtruens ex fibrillis, foliis, &c. introitu vario. Hæ aves non raro 800–1000 ſimul, in eodem domicilio, et culmine communi tecto, concordiſſime vivunt, et prolem educant.—Magnitudo *Pyrrhulæ.*—5½ pollices longa.
Roſtrum cum *capiſtro* nigrum: *regio aurium* flavicans: *corpus* ſubtus flavum: *cauda* brevis: *pedes* fuſci.

L. griſea,

Digitized by Google

36. bengalenſis. L. griſea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fuſco maculato.

Loxia bengalenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 305. 32.—*Gmel. Syſt.* i. p. 857.—*Briſ.* iii. p. 95. 11.—*Id.* 8vo. i. p. 376.—*Klein. Av.* p. 88. 4.
L'Orchef, *Buf.* iii. p. 466.
Gros-bec des Indes, *Pl. Enl.* 393. f. 2.
Yellow-headed Indian Sparrow, *Edw.* t. 189.
Bengal Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 133. 33.—*Alb.* ii. t. 52.

Habitat in *Bengala*; *Paſſere* paulo major.
Roſtrum incarnatum: *pedes* flaveſcentes: *corpus* ſupra faſciaque pectoris fuſca.

37. collaria. L. flaveſcens, pectore collarique flavis, temporibus nigris.

Loxia collaria, *Lin. Syſt.* i. p. 305. 31.—*Gmel. Syſt.* i. p. 857.
Le Gros-bec Nonette, *Buf.* iii. p. 446.—*Pl. Enl.* 393. f. 3.
Nun Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 133. 34.

Habitat in *Indiis*; magnitudine et facie *Pari cærulei*.
Roſtrum nigrum: *pedes* fuſci: *frons* calva.

β. Le Grivelin à cravate, *Buf.* iii. p. 473.
Gros-bec d'Angola, *Pl. Enl.* 659. f. 2.—*Lath. Syn.* iii. p. 134. A.

Habitat in *Angola.*—Variat *corpore* obſcuriore, ſubtus ad rufum inclinante; *collari* albo faſciaque pectoris latiore: macula baſeos remigum minorum alba.

38. griſea. L. cæruleo-griſea, facie colloque inferiore albis.

Loxia griſea, *Gmel. Syſt.* i. p. 857.
Le Griſalbin, *Buf.* iii. p. 467.
Gros-bec de Virginie, *Pl. Enl.* 393. f. 1.
Grey Groſbeak, *Arct. Zool.* ii. N° 219.—*Lath. Syn.* iii. 134. 35.

Habitat in *Virginia*; magnitudine præcedentis.

39. Chloris. L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis.

Loxia Chloris, *Lin. Syſt.* i. p. 304. 27.—*Faun. Suec.* N° 226.—*Gmel. Syſt.* i. p. 854.—*Scop. Ann.* i. N° 208.—*Raii Syn.* p. 85. A. 4.—*Will.* p. 129. t. 44.—*Briſ.* iii. p. 190. 54.—*Id.* 8vo. i. p. 359.—*Klein. Av.* p. 95. 4.—*Id. Stem.* p. 19. t. 19. f. 14. a. b.—*Friſch.* t. 2.

 —*Brun.*

Digitized by Google

—*Brun.* N° 242. 243.—*Muller*, N° 248.—*Kram. El.* p. 367. 5.—*Faun. Arag.* p. 86.—*Roman. Orn.* i. p. 112. t. 17. f. 1.—*Sepp. Vog.* t. p. 73.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 135. 6.

Le Verdier, *Buf.* iv. p. 172. t. 15.—*Pl. Enl.* 267. f. 2.

Verdone, *Olin. uc.* t. p. 26.—*Zinnan. Uov.* p. 6. t. 9. f. 54.—*Cett. uc. Sard.* p. 191.

Grunling, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 62.—*Wirſing. Vog.* t. 53. 54.

Greenfinch, *Br. Zool.* N° 117.—*Id.* fol. 107.—*Arct. Zool.* ii. p. 353. B. *Will. (Angl.)* p. 246. t. 44.—*Albin.* i. t. 58.—*Id. Song Birds*, t. p. 29.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 69.—*Lath. Syn.* iii. p. 134. 36. —*Id. Sup.* p. 152.

HABITAT in *Europa*; nonnihil canora; in *Anglia* frequens; omnibus ſatis nota. *Ovum* albo cæruleſcens maculis fuſco-rubris.

40. ſinenſis. L. fuſca ſubtus rufeſcens, capite colloque griſeo-vireſcentibus, remigibus rectricibuſque nigris apice albidis.

Loxia ſinenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 855.

Le Verdier de la Chine, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 202.

Chineſe Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 135. 37.

HABITAT in *China*; ſimillima *Chloridi*.—*Remiges* primores baſi luteæ.

41. butyracea. L. vireſcens, fronte ſuperciliis pectore abdomineque flavis, cauda apice alba.

Loxia butyracea, *Lin. Syſt.* i. p. 304. 28.—*Gmel. Syſt.* i. p. 855.

Le Verd brunet, *Buf.* iv. p. 182.

Verdier du Cap. de B. Eſp. *Pl. Enl.* 341. f. 1.

Yellow-fronted Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 136. 38.

HABITAT ad *Caput Bonæ Spei, India*; magnitudine *Spini*.
Corpus fuſco maculatum: *frons* et inde linea ſupra oculos flava: *tempora* flava: *cauda* nigricans, bifurca, apice alba.

42. dominicenſis. L. viridi-fuſca, ſubtus rufa fuſco-maculata, regione oculorum criſſoque albis.

Loxia dominicenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 855.

Le Verderin, *Buf.* iv. p. 185.—*Pl. Enl.* 341. f. 2.

St. Domingo Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 137. 39.

HABITAT in *inſula Dominicenſi*; *Chloridem* magnitudine æquans.

L. viridi-

Digitized by Google

43. africana. L. viridi-fuſco griſeoque variegata, ſubtus alba, tectricibus alarum rufis, rectrice extima macula alba.
Loxia africana, *Gmel. Syſt.* i. p. 856.
Le Verdier ſans vert, *Buf.* iv. p. 186.
African Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 137. 40.

HABITAT in *Africa.*—6½ pollices longa.—*Uropygium* ruſeſcens.

44. hypoxantha. L. flavicans, fronte ſuperciliiſque luteis, remigibus rectricibuſque nigris margine flaveſcentibus.
Loxia hypoxantha, *Muſ. Carlſ.* faſc. iii. t. 71.

HABITAT in *Sumatra* inſula, in agris oryzaceis; magn. vix *Fr. Citrinellæ.*

Roſtrum conico-ovatum pallidum: *irides* rufæ: *pedes* pallidi: *rectrices, remiges, tectrices*que nigræ margine flavæ.—Sequenti affinis.

45. ſulphurata. L. fuſco-olivacea, gutture ventreque luteis, ſuperciliis flavis.
Loxia ſulphurata, *Lin. Syſt.* i. p. 305. 30.—*Gmel. Syſt.* i. p. 856.
Coccothrauſtes Capitis Bonæ Spei, *Briſ.* iii. p. 225. 2. t. 11. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 371.
Brimſtone Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 137. 41.

HABITAT ad *Caput B. Spei*; magnitudine *Montifringillæ.*

46. flaviventris. L. viridi-olivacea, dorſo fuſco maculato, ſubtus ſuperciliiſque luteis, cauda ſubforcipata.
Loxia flaviventris, *Gmel. Syſt.* i. p. 856.
Coccothrauſtes lutea Capitis B. Spei, *Briſ.* iii. p. 227. 3. t. 11. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 227.
Yellow-bellied Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 138. 42.

HABITAT cum præcedente ave, qua minor.—*Uropygium* olivaceum.

β. L. viridi-olivacea ſubtus flava, collo ſuperiore genis gulaque cinereis.
Yellow-bellied Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 138. 42. A.

Longitudo 5 pollicum: *vertex, corpus* ſupra, *pectus, cauda* olivacea: *cervix, genæ, gula*que cinerea: *abdomen* et *criſſum* flavum: *remiges* et *rectrices* medio nigræ, margine flavæ.

HABITAT

Digitized by Google

Habitat in *China*.—5 pollices longa.
Roſtrum et *pedes* flaveſcentes: *cauda* ſubforficata.

47. bonarienſis. L. nigricans, ſubtus flaveſcens, capite colloque ſuperiore cæruleis, jugulo pectoreque fulvis.
Loxia bonarienſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 850.
Le Noir-ſouci, *Buf.* iv. p. 150.
Marygold Groſbeak, *Lath. Syn.* iii p. 139. 43.

Habitat in *Bonariæ* hortis.—7 pollices longa.

48. flavicans. L. flava, dorſo flavicante, capite fulvo.
Loxia flavicans, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 13.—*Amæn. Ac.* iv. p. 244.—*Gmel. Syſt.* i. p. 850.
Yellow Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 139. 44.

Habitat in *Aſia*; magnitudine *Canariæ*.
Alæ et *cauda* vireſcente-flavæ.

49. hordeacea. L. fulva, temporibus albis, cauda pectoreque atris.
Loxia hordeacea, *Lin. Syſt.* i. p. 303. 19.—*Muſ. Ad. Fr.* ii. p. 29.—*Gmel. Syſt.* i. p. 852.
Yellow-rumped Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 140. 45.

Habitat in *India*.—Magnitudo *Motacillæ*.
Caput, *collum*, *uropygium* fulva: nigra ſunt *tempora* ad roſtrum uſque, *alæ* et *remiges*, *cauda* et *rectrices*, *pectus*: griſea *humeri*, *femora*, *ani regio*, *margines rectricum*.

50. mexicana. L. griſea, fronte gula uropygio ſuperciliiſque luteis.
Loxia mexicana, *Lin. Syſt.* i. p. 304. 26.—*Gmel. Syſt.* i. p. 854.—*Briſ.* iii. p. 97. 12.—*Id.* 8vo. i. p. 334.
Emberiza flava mexicana, *Klein. Av.* p. 92. 9.
La Linotte à tête jaune. *Buf.* iv. p. 83.
Yellow-headed Groſbeak, *Edw.* t. 44.—*Lath. Syn.* iii. p. 140. 46.

Habitat in *Mexico*.—5¼ pollices longa.

51. Malacca. L. ferruginea, capite abdomineque nigris, roſtro cæruleo.
Loxia Malacca, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 16.—*Gmel. Syſt.* i. p. 851.
Paſſer ſinenſis roſtro cæruleo, *Klein Av.* p. 88. 5.
Coccothrauſtes javenſis, *Briſ.* iii. p. 237. 8. t. 13. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 375.

Digitized by Google

Le Jacobin, *Buf.* iii. p 468.—*Pl. Enl.* 139. f. 3.
White-breaſted Indian Sparrow, *Edw.* t. 355.—*Alb.* ii. t. 53.—*Oſb. Voy.* ii. p. 329. 4.
Malacca Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 140. 47.

HABITAT in *China*, *Java*, *Malacca.*—4¼ pollices longa.

β. L. ferruginea, capite colloque inferiore nigris.
Loxia Malacca, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 16. β.
Paſſer fuſcus capite nigro, *Klein. Av.* p. 90. 19.
Coccothrauſtes ſinenſis, *Briſ.* iii. p. 235. 7.—*Id.* 8vo. i. p. 374.
Chineſe Sparrow, *Edw.* t. 43.—*Lath. Syn.* iii. p. 141. var. A.—*Id. Sup.* p. 152.

HABITAT cum priore. *Femina* cinereo-fuſca, ſubtus lateribuſque capitis ruſo-albida; *remigibus cauda*que nigris.

52. molucca. L. fuſceſcens, capite jugulo rectricibuſque nigris, ſubtus uropygioque albo nigroque undulata.
Loxia molucca, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 851.
Coccothrauſtes moluccenſis, *Briſ.* iii. p. 241. 10. t. 13. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 376.
Gros bec des Moluques, *Pl. Enl.* 139. f. 2.
Molucca Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 141. 48.

HABITAT in *Moluccis inſulis.*—4 pollices longa.

53. ſtriata. L. fuſca ferrugineo ſtriata, ſubtus alba, jugulo nigro.
Loxia ſtriata, *Lin. Syſt.* i. p. 306. 37.—*Gmel. Syſt.* i. p. 861.
Coccothrauſtes borbonica, *Briſ.* iii. p. 243. 11. t. 13. f. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 376.
Gros-bec de l'iſle de Bourbon, *Pl. Enl.* 153. f. 1.
Striated Groſbeak, *Lath. Syn.* iii. p. 142. 49.

HABITAT in *Borbonica inſula*; magnitudine vix *Regulo* major. Pennæ ſuperiores fuſcæ ſcapo ferrugineo.

54. punctularia. L. ferruginea, abdomine nigro albo maculato.
Loxia punctularia, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 18.—*Gmel. Syſt.* i. p. 851.
Paſſer ſinenſis ferrugineus, *Klein. Av.* p. 89. 6.—*Id.* p. 90. 18.
Coccothrauſtes javenſis nævia, *Briſ.* iii. p. 239. 9. t. 13. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 375.

Gros-bec

Digitized by Google

Gros-bec tacheté de Java, *Buf.* iii. p. 468.—*Pl. Enl.* 139. f. 1.
Chineſe Sparrow, *Alb.* ii. p. 54. *(femina.)*
Cowry Groſbeak, *Edw.* t. 40.—*Lath. Syn.* iii. p. 142. 50.

Habitat in *Aſia, Java.*—4½ pollices longa.
Pectus et *hypochondria* atra, maculis cordatis albis: *abdominis* medium *criſſum*que alba.

55. undulata. L. fuſco rubra, corpore ſubtus fuſco undulato, cauda pallide rubro-cinerea.
Eaſtern Groſbeak, *Lath. Syn. Sup.* p. 155.

Habitat in *Aſia.*—6 pollices longa.
Roſtrum validum, breve, ut in *L. Pyrrhula.*

56. Pyrrhula. L. cinerea, artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſticarum albis.
Loxia Pyrrhula, *Lin. Syſt.* i. p. 300. 4.—*Faun. Suec.* N° 225.—*Gmel. Syſt.* i. p. 846.—*Scop. Ann.* i. N° 202.—*Raii Syn.* p. 86. A.—*Will.* p. 130. t. 43.—*Briſ.* iii. p. 308. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 395.—*Friſch.* i. t. 2.—*Brun.* N° 240. 241.—*Muller*, N° 247.—*Kram. El.* p. 365. 3.—*Georgi*, p. 174.—*Faun. Arag.* p. 86.—*Sepp. Vog.* t. p. 133.—*Borowſk. Nat.* iii. p. 135. 5.—*Schæf. El. Orn.* t. 59.—*Rom. Orn.* i. p. 158. t. 24. f. 2.
Coccothrauſtes ſanguinea, *Klein. Av.* p. 95. 5.—*Id. Stem.* p. 19. t. 19. f. 13. a. b.
Cifolotto, *Olin. uc.* t. p. 40.
Monachino, *Zinnan. Uov.* p. 59. t. 8. f. 48.
Bouvreuil, *Buf.* iv. p. 372. t. 17.—*Pl. Enl.* 145.—*Hiſt. Prov.* i. p. 514.
Gumpel, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 54.—*Wirſ. Vog.* t. 11.
Bulfinch, *Br. Zool.* i. N° 116.—*Id.* fol. 106. t. U. f. 3. 4.—*Arct. Zool.* ii. p. 353. A.—*Alb.* i. t. 59. 60.—*Id. Song. Birds*, t. 15.—*Bradley Nat.* t. 10. f. 2.—*Will. (Angl.)* p. 247. t. 17.—*Hayes Br. Birds*, t. 37.—*Lewin Br. Birds*, ii. t. 70.—*Lath. Syn.* iii. p. 145. 51.—*Id. Sup.* p. 152.

Habitat in *Europa* paſſim.—Vix pollices 6 longa.—*Mas* ſubtus ruber, *femina* fuſco-ferruginea. Muſicen diſcit et vocem articulatam. *Ovum* cæruleſcens, maculis fuſco-rubris et nigricantibus.

β. Pyrrhula nigra, *Briſ.* iii. p. 313. A.—*Id.* 8vo. i. p. 396.—*Buf.* iv. p. 384.

Coccothrauſtes atricilla, *Klein. Av.* p. 96. 11.
Black Bulfinch, *Albin.* iii. t. 69.—*Lath. Syn.* iii. p. 144. 51. A.

Hæc varietas tota nigra.

γ. Pyrrhula candida, *Briſ.* iii. p. 313. B.—*Id.* 8vo. i. p. 396.—*Buf.* iv. p. 383.—*Lath. Syn.* iii. p. 144. 51. B.

Alba, *dorſo* nigro ſparſim maculato.

δ. L. alba, capite collo pectore abdomineque roſeis.
Loxia Flamengo, *Muſ. Carlſ.* faſc. i. t. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 864.
Flamingo Groſbeak, *Lath. Syn. Sup.* p. 155.

Habitat *Upſaliæ. Roſtrum pedeſ*que rubicundi: *capiſtri* pennæ apice nigricantes: remigum tertia et quarta, *uropygii*que macula nigra: *alarum* linea tranſverſa *caudæ*que pagina ſuperior fuliginoſa.

57. panicivora. L. nigra, alula alba, roſtro incarnato.
Loxia panicivora, *Lin. Syſt.* i. p. 302. 15.—*Gmel. Syſt.* i. p. 851.
Pyrrhula africana nigra, *Briſ.* iii. p. 317. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 397.
